# MOSCHOU TOU SIKELOU, KAI BIONOS SMYRNAIOU EIDYLLIA. MOSCHI...

Moschus, Bion : Smyrnaeus, Adolf : van Meetkercke



PHILIPPI Hispaniarum Regis Catholici priuata lege sancitum est, ne quis Typographus imprimere, neu quis Bibliopola diuendere hæc *Moschi & Bionis Idyllia Græcolatina* audeat ante sexennium, absque Huberti Goltzij consensu. Qui secus faxit, multa illi esto confiscationis librorum & in singulos libros vnius Carolini. Dat. Bruxellæ XIII. kal. Februar. Anno a Christo nato. M. D. LXV.

DE LANGHE.

# MARCO LAVRINO, VIRO GENERE ET LITTERIS CLARISSIMO, VVATERFLETI DOMINO, Adolphus Mekerchus BRVGENSIS S. D.

MOSCHI & Bionis delicatissimorum poëtarum Græca Idyllia, quæ hactenus partim in tenebris delituerunt, partim variè dispersa iacuerunt, in vnum fascem collegimus; iisque adiecimus fidelissimam interpretationem quæ verbum fere verbo exprimeret, vnà cum succinctis adnotationibus quæ locos difficiliores explanarent, & varias lectiones indicarent. Ceterùm quum omnium fere scriptorum scopus sit prodesse & delectare,

*Aut simul & iucunda & idonea dicere vitæ,*

nos etiam dedimus operam vt hic libellus duplici hoc nomine commendandus in lucem prodiret, vtilitatémque ex eo studiosi, & voluptatem caperent eruditi. Eaque de caussa doctissimorum hominum Latinos versus qui tam eleganter Græca referunt reddúntque, vt cum ijs propè certare possint, subijcienda curauimus. Quibus omnibus MARCE ornatissime dum patronum quæro, tu solus occurristi mihi dignus hoc munusculo, quòd nō solùm in omni disciplinarum genere optimè versatus sis, sed etiam quotquot liberaliori quapiam arte præcellunt, humanissimè complectaris; quòd denique ad hæc etiam

ſtudia non rarò conferre te ſoleas. Teſtantur id plurima antiqua Græcorum Latinorúmque ſcriptorum manuſcripta exemplaria, teſtantur innumera priſci illius ſæculi numiſmata, teſtãtur tot vetuſtiſſima antiquarum inſcriptionum & titulorum monumenta, quæ tu antiquariorũ vnicus anteſignanus cum Guidone fratre viro ſingulari, inuicto labore maximoq; ſumtu ex omnibus orbis partibus comparaſti: opus ſempiterna memoria digniſſimum. In quo vos ſanè ab huius tempeſtatis nobilibus, quorum plerique humaniora hæc ſtudia fortiter contemnunt, longè lateque diſſentitis: quum ſciatis veram nobilitatem non tam genere & proauis (qui tamen vobis obtigerunt clariſſimi) quàm rectè factis & heroïcæ virtutis ſtudio conſtare. Vale Laurine Mecænas optime, &, quod facis, litteras ac litteratos benigniter prouehere perge. BRVGIS FLANDRORVM Idib. Ianuar. anno a nato Chriſto M. D. LXV.



# MOSCHI ET BIONIS VITAE.

MOSCHVS carminis Bucolici ſcriptor natus eſt Syracuſis in Sicilia, ac poſt Theocritum temporibus Ariſtarchi vixit Olympiade C L V I, quum in Aegypto regnaret Ptolemæus Philometor. Sunt autem a principio regni Philadelphi, ſub quo Theocritus vixit, vſque ad principium regni Philometoris ſub quo Moſchus vixit, anni circiter centum.

BION etiam vnus fuit ex tribus ſcriptoribus carminis Bucolici, natus ex Smyrna, popularis Homeri. nam Smyrnæi præcipuè Homerum ſibi vendicarunt : vnde & nummum æreum cum inſcriptione Homerici nominis habuerunt, & porticum quadratam cum templo ac ſtatua Homeri, teſte Strabone lib. 14. Patrem Bioni faciunt Meleta fluuium, qui per agrum Smyrnæum ac Cumæum voluitur: ſicut & Homero, qui ob eam cauſſam Meleſigenes dictus eſt, teſte Herodoto. Quòd ſi epitaphium Bionis Moſcho verè tribuatur, vt a pleriſque fit, neceſſe eſt Theocritum, Moſchum, & Bionem coætaneos fuiſſe, quia in eodem epitaphio ipſius Theocriti fit mentio : quod ſatis arguit Theocriti non eſſe.

# ΜΟΣΧΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ.

## Ερως δραπέτης.

Ἀ Κύπρις τὸν ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει,
εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν ἔρωτα,
δραπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανυτὰς γέρας ἕξει.
μισθός τοι τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος· ἢν δὲ ἀγάγῃς νιν,
οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα, τὺ δὲ ὦ ξένε καὶ πλέον ἕξεις.
ἔστι δὲ ὁ παῖς περίσαμος, ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.
χρῶτα μὲν, οὐ λευκὸς, πυρὶ δὲ εἴκελος· ὄμματα δὲ αὐτοῦ
δριμύλα καὶ φλογόεντα, κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα·
οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται· ὡς μέλι, φωνά.
ἢν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἠπεροπευτάς·
οὐδὲν ἀλαθεύων, δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει·
εὐπλόκαμον τὸ κάρανον, ἔχει δὲ ἰταμὸν τὸ πρόσωπον·
μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερίδρια, μακρὰ δὲ βάλλει,
βάλλει κεἰς ἀχέροντα, καὶ εἰς ἀΐδεω βασιλῆα·
γυμνὸς μὲν τό γε σῶμα, νόος δέ οἱ ἐμπεπύκασται.
καὶ πτερόεις, ὅσον ὄρνις ἐφίπταται, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλους
ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας, ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται.
τόξον ἔχει μάλα βαιὸν, ὑπὲρ τόξῳ δὲ βέλεμνον·
τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δὲ ἄχρι φορεῖται·
καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον. ἔνδοθι δὲ ἐντὶ
τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἀμὲ τιτρώσκει·
πάντα μὲν ἄγρια, πάντα, πολὺ πλέον δέ οἱ αὐτῷ.
βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.
ἢν τύ γ' ἕλῃς τῆνον, δάσας ἄγε, μηδὲ ἐλεήσῃς·
κἢν ποτ' ἴδῃς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ·
κἢν γελάᾳ, τύ νιν ἕλκε· καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
φεῦγε, κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.
ἢν δὲ λέγῃ, λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσά μοι ὅπλα,
μή τι θίγῃς, πλάνα δῶρα· τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

MOSCHI

# MOSCHI IDYLLIA.

## AMOR FVGITIVVS.

*Venus Amorem filium intento clamore vocabat:*
*Si quis in triuijs errantem vidit amorem,*
*Fugitiuus meus est, index munus habebit,*
*Merces tibi erit suauium Veneris. Si verò adduxeris ipsum,*
*Non nudum suauium, tu verò hospes plus etiam habebis.*
*Insunt autem plurima signa puero, inter viginti alios cognoueris ipsum:*
*Corpore non albus, verùm igni similis, oculi ipsius*
*Acres & flammei, mala mens, dulcia verba.*
*Non enim idem sentit quod loquitur. Vox illi dulcis vt mel,*
*Sed quum irascitur, mens est immitis, fraudulenta:*
*Nihil veri dicens, dolosus puer, crudeliter ludit.*
*Pulchrè capillatum est illi caput, habetque proteruam faciem,*
*Exiguæ illi sunt manus, procùl verò iaculatur:*
*Iaculatur enim vsque ad Acherontem, & inferni regem.*
*Corpore quidem nudus, at mens illi tecta est.*
*Et volucris sicut auis circumuolitat, nunc ad hos, nunc ad illos,*
*Viros & mulieres. in visceribus autem sedet.*
*Arcum habet valde exiguum, in arcu autem sagittam.*
*Exigua illi sagitta, at in cælum vsque fertur.*
*Et aurea in humeris pharetra, in ea sunt*
*Acerbi calami, quibus sæpe etiam me sauciat.*
*Omnia sunt crudelia, omnia: multo verò magis quæ ipsi est*
*Parua fax, solem ipsum perurit.*
*Si tu ceperis illum, vinctum duc, neque miserearis.*
*Et siquando flentem videris, caue ne te fallat.*
*Quòd si riserit, tu attrahe ipsum: atque si voluerit te osculari,*
*Fuge: malum est osculum, ipsa labra sunt venenum.*
*Si verò dixerit, Cape hæc, dono tibi quæcunque mihi sunt arma:*
*Ne quidquã attigeris, fallacia dona sunt, igne enim omnia tincta sunt.*

Hoc Idyllium est dulcissima & venustissima imago seu pictura amoris, quale hoc Propertij est lib. 2.

*Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem, &c.*

Atque vt occasio sit picturæ, fingit Cupidinem a matre Venere fugisse, et mater in compitis publicis filium amissum quærit: præconioque μήνυτρα ei qui ipsum vel indicet vel adducat, proponit. Postea puerum, vt a ceteris internosci possit, suis notis quàm proximè describit, ac quasi pingit. Et in fine monet, vt occasiones vitet si quis hunc morbum vitare velit.

2. εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι. Præconium Veneris de filio amisso.

5. οὐ γυμνὸν, non solum. φίλαμα, τὺ δὲ ὦ ξένε. Alij legunt, φίλαμά τι δῷ ξένε: alij τι δὲ ὦ ξένε. καὶ πλέον, concubitum.

6. ἐν εἴκοσι, inter viginti, vt vertimus. Alij non omnino malè legunt εἰκόσι, ab εἰκὼν, reddúntque, his omnibus signis: ac tum τὸ ἐν, παρέλκει. 8. κακαὶ φρένες. Sic Terentius, Mala mens, malus animus. 15. νόος δέ οἱ ἐμπεπτύχασαι. Id est mens multis dolis inuoluta, tecta, ac velut cataphracta. 17. ἐπὶ σπλάγχνοις. scilicet hominum. 23. Βαιὰ λαμπάς. Plutarchus: διὸ

καὶ

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΓΑΡΑ

γυνὴ Ἡρακλέους. Δωρίδι.

Μᾶτερ ἐμὰ τίφθ' ὧδε φίλον κατὰ θυμὸν ἰάπτεις,
ἐκπάγλως ἀχέοισα. τὸ πρὶν δέ τοι οὐκ ἔτ' ἔρευθος
σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι· τί μοι τόσον ἠνίησαι.
ἦρ' ὅτι ἄλγεα πάσχει ἀπείριτα φαίδιμος υἱὸς;
ἀνδρὸς ὑπ' οὐτιδανοῖο, λέων ὡσεί θ' ὑπὸ νεβροῦ.
ὤμοι ἐγὼ, τί νυ μ' ὧδε θεοὶ τόσον ἠτίμασαν
ἀθάνατοι. τί νυ μ' ὧδε κακῇ γονέες τέκον αἴσῃ.
δύσμορος· ἣ τ' ἐπεὶ ἀνδρὸς ἀμύμονος ἐς λέχος ἦλθον.
τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἶσον φαέεσσιν ἐμοῖσιν·
ἠδ' ἔτι νῦν σέβομαί τε καὶ αἰδέομαι κατὰ θυμόν.
τοῦ δ' οὔ τις γένετ' ἄλλος ἀποτμότερος ζωόντων.
οὐδὲ τόσον σφετέρῃσιν ἐγεύσατο φροντίσι κηδέων

σχέτλιος.

καὶ πυρφόρον αὐτὸν οἵτε ποιηταὶ λέγουσιν, οἵτε πλάσαι καὶ γραφεῖς δημιουργοῦσι. ὅτι καὶ τοῦ πυρὸς τὸ μὲν λαμπρὸν, ἥδιστον ἐστὶ· τὸ δὲ καυστικὸν ἀλγεινότατον. hoc eſt, Quocirca Amorem poetæ igniferum vocant, ſtatuarij & pictores talem formant: quod ignis ſplendor iucundiſſimus ſit; id verò quod adurit grauiſsimum dolorem adferat. ἄλιον, Apollinem, qui Branchi & Daphnes pulchritudine arſit: quibus Hyacinthum adiungit Lucianus. 24. δάσας, id eſt, δήσας, Doricè. Senſus eſt, coërce eum ne tibi dominetur. Alij legunt δαμάσας. τύ νιν ἕλκε, id eſt, arctiùs vincula adſtringito.

HENR. STEPHANVS: Moſchi elegans ingenium oſtendit ἔρως δραπέτας, quo quid fingi aut cogitari poteſt venuſtius? eiuſdem eſt & idyllium cui titulus eſt μεγάρα, quod falsò adſcribi Theocrito cognoui nuper Florentiæ. nam in Bibliotheca Medicea librum reperi, (cuius vetuſtas fidem merebatur) in quo hoc alijs ipſius Moſchi idyllijs erat coniunctum. Quod quum ego Michaeli Sophiano viro doctiſſimo narrarem, hoc ita eſſe, alio exemplari a ſe viſo, mihi comprobauit. Sunt verò & alia quæ Theocriti nomine falsò circũferuntur, ex quibus πέλεκυς & πτερύγιον: quũ Simmię ſint poëtæ Rhodij.

## EIVSDEM MEGARA VXOR Herculis. Dorica dialecto.

*Mater mea quid ità carum animum adfligis,*
*Immodicè dolens? priſtinus verò tibi non amplius rubor*
*In facie conſeruatur: quid mihi adeo mærore conficeris?*
*An'ne quia infinitas patitur ærumnas inclytus filius*
*Sub viro nihili, tanquam leo ſub hinnulo:*
*Hei mihi, cur me ita dij contumelia affecerunt*
*Immortales? cur me ita aduerſo parentes genuerunt fato?*
*O ego infelix, quæ poſtquam viri inculpati in thorum veni,*
*Eum quidem colui ſicut oculos meos:*
*Et adhuc veneror ac revereor ex animo.*
*Hoc verò nemo fuit alius miſerior viuentium*
*Neque tot guſtauit curas & dolores*

B *Miſer*

σχέτλιος, ὃς τόξοισιν ἅ οἱ πόρεν αὐτὸς Ἀπόλλων
ἠέ τινος κηρῶν, ἢ ἐρινύος αἰνὰ βέλεμνα,
παῖδας ἑοὺς κατέπεφνε, καὶ οὐκ φίλον εἷλετο θυμὸν,
μαινόμενος κατὰ οἶκον· ὁ δ' ἔμπλεος ἔσκε φόνοιο.
τοὺς μὲν ἐγὼ δύστηνος ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι
βαλλομένους ὑπὸ πατρί· τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἤλυθεν ἄλλῳ,
οὐδέ σφιν δυνάμην ἀδινὸν καλέουσιν ἀρῆξαι
μητέρ' ἐήν, ἐπεὶ ἐγγὺς ἀνίκατον κακὸν ἦεν.
ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
ὀλλυμένοις, οὕς τ' αἰνὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας
θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ κατ' αὐτοὺς
πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ, πότνια μήτηρ.
οὐδ' ἄρ' ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι· ἦ γάρ οἱ αὐτῇ
ἆσσον ἴμεν μέγα τάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρου·
ὣς ἐγὼ αἰνοτόκεια φίλον τέκος αἰάζουσα,
μαινομένοισι πόδεσσι δόμον κατὰ πολλὸν ἐφοίτων.
ὡς γ' ὄφελον μετὰ παισὶν ἅμα θνήσκουσα καὶ αὐτὴ
κεῖσθαι, φαρμακόεντα δι' ἥπατος ἰὸν ἔχουσα·
Ἄρτεμι θηλυτέρῃσι μέγα κρείουσα γυναιξί·
τῷ χ' ἡμᾶς κλαύσαντε φίλαις ἐπὶ χερσὶ τοκῆες,
πολλοῖς σὺν κτερέεσσι πυρῆς ἐπέβησαν ὁμοίης·
καί κεν ἕνα χρύσειον ἐς ὀστέα κρωσσὸν ἁπάντων
λέξαντες κατέθαψαν ὅθι πρῶτον γενόμεσθα.
νῦν δ' οἱ μὲν, Θήβην κουροβόρον ἐνναίουσιν,
Ἀονίου πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀροῦντες·
αὐτὰρ ἐγὼ Τίρυνθα κατὰ κραναὴν πόλιν Ἥρας
πολλοῖσιν δύστηνος ἰάπτομαι ἄλγεσιν ἦτορ,
αἰεὶ ὁμῶς· δακρύων δὲ πάρεσί μοι οὐδ' ἠ' ἐρωή.
ἀλλὰ πόσιν μὲν ὁρῶ παῦρον χρόνον ὀφθαλμοῖσιν
οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ· πολέων γάρ οἱ ἔργον ἑτοῖμον
μόχθων, τοὺς, ἐπὶ γαῖαν ἀλώμενος ἠδὲ θάλασσαν,
μοχθίζει, πέτρης ὅγ' ἔχων νόον, ἠὲ σιδήρου,
καρτερὸν ἐν στήθεσσι. σὺ δ' ἠύτε λείβεαι ὕδωρ

*Miser, qui arcu quem illi præbuit ipse Apollo,*
*Vel alicuius Parcæ aut furiæ diris telis*
*Liberos suos interfecit, & illis caram eripuit animam*
*Furens in domo, atque plenus cædis erat.*
*Hos ego infelix oculis meis vidi*
*A patre confixos, quod neque per somnium alteri in mentem veniret,*
*Neque ipsis crebrò inuocantibus matrem suam*
*Opem ferre poteram, quando imminebat insuperabile malum.*
*Quemadmodum igitur queritur auicula ob suos pullos*
*Pereuntes, quos sæuus anguis adhuc paruulos*
*In densis arbustis deuorat, illa verò circum ipsos*
*Volat stridens admodum acuta voce, pia mater:*
*Neque sanè potest filijs opem ferre: nam ad ipsum*
*Propè venire valde metuit immite monstrum:*
*Ita ego infelix mater caram prolem deplorans*
*Pedibus furiosis per domum hinc inde currebam.*
*Vtinam debuissem cum filijs simul mortua & ipsa*
*Strata iacere, venenatam in iecore sagittam habens,*
*(O Diana quæ fœminarum domina es)*
*Tunc nos luxissent, & amicis manibus parentes*
*Vnà cum multis inferijs in communi posuissent rogo:*
*Et omnium ossa in vna aurea vrna,*
*Collecta in eo loco vbi primùm nati sumus, sepelijssent.*
*Nunc verò illi Theben puerorum fertilem incolunt,*
*Aonij campi pinguem glebam arantes.*
*Ego verò misera in Tirynthe aspera Iunonis vrbe*
*Multis doloribus corde crucior*
*Eodem modo semper: neque a lacrymis vlla est quies.*
*Sed maritum breui tempore oculis conspicio*
*Domi nostræ: nam multorum laborum opus*
*Illi præ manu est, quos terra marique oberrans*
*Sustinet, ex saxo aut ferro animum habens*
*Fortem in pectore. Tu verò sicut aqua liquescis*

νύκτας τε κλαίουσα καὶ ἐκ Διὸς ἦμαρ ὁπόσσα.
ἄλλος μὰν οὐκ ἄν τις γ' εὐφρῆναί με παρασάς,
κηδεμόνων· οὐ γάρ σφε δόμων κατὰ τεῖχος ἐέργει.
καὶ λίαν πάντες γε πέραν πιτυώδεος Ἰσθμοῦ
ναίουσ'· οὐδέ μοι ἐστὶ πρὸς ὅν τινά κε βλέψασα,
οἷα γυνὴ πανάποτμος, ἀναψύξαιμι φίλον κῆρ,
νόσφι γε δὴ Πύῤῥης συνομαίμονος· ἡ δὲ καὶ αὐτὴ
ἀμφὶ πόσει σφετέρῳ πλέον ἄχθεται Ἰφικλῆϊ
σῷ υἱῷ· πάντων γὰρ ὀϊζυρώτατα τέκνα
γείνασθαί σε θεῷ τε καὶ ἀνέρι θνητῷ ἔολπα.
ὣς ἄρ' ἔφη· τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μήλων,
κόλπον ἐς ἱμερόεντα κατὰ βλεφάρων ἐχέοντο,
μνησαμένη τέκνων τε καὶ ὧν μετέπειτα τοκήων,
ὡς δ' αὔτως δακρύοισι παρήϊα λεύκ' ἐδίαινεν
Ἀλκμήνη, βαρὺ δ' ἥγε καὶ ἐκ θυμοῦ στενάχουσα.
μύθοισιν πυκινοῖσι φίλην νυὸν ὧδε μετηύδα·
δαιμονίη παίδων, τί νύ τοι φρεσὶν ἔμπεσε τοῦτο,
πευκαλίμῃς· πῶς ἄμμ' ἐθέλεις ὀροθυνέμεν ἄμφω.
κήδε' ἄλαστα λέγουσα· τὰ δ' οὐ νῦν πρῶτα κέκλαυται.
οὐχ ἅλις οἷ' ἐχόμεσθα, τὸ δεύτατον αἰεὶ ἐπ' ἦμαρ
γιγνομένοις; μάλα μέν γε φιλοθρήνης κέ τις εἴη,
ὅς τις ἀριθμήσειεν ἐφ' ἡμετέροις ἀχέεσσι.
θάρσει· οὐ τοιῆς δ' ἐκύρησαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης·
καὶ δ' αὐτὴν ὁρόω σε φίλον τέκος ἀτρύτοισιν
ἄλγεσι μοχθίζουσαν· ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμὶ,
ἀσχαλάαν, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης κόρος ἐστί.
καί σε μάλ' ἐκπάγλως ὀλοφύρομαι, ἠδ' ἐλεαίρω,
οὕνεκεν ἡμετέροιο λυγροῦ μετὰ δαίμονος ἔσχες·
ὅς θ' ἡμῖν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται·
ἴστω γὰρ κούρη τε καὶ εὔανος Δημήτηρ·
ἅς κε μέγα βλαφθείς τις ἑκὼν ἐπίορκος ὀμόσσῃ
δυσμενέων· μηδέν σε χερειότερον φρεσὶν ᾗσι
στέργειν, ἢ εἴπερ μοι ὑπ' ἐκ νηδύοφι ἦλθες,

καί μευ

*Per noctes lugens & ex Ioue quotquot dies sunt.*
*Alius autem nemo me recrearit adstans*
*Adfinium: non enim illi intra parietes ædium detinentur.*
*Verùm omnes procùl vltra pinosum Isthmum*
*Habitant. neque vllus est ad quem respiciens*
*Vt mulier adflicta carum cor recreare possim,*
*Excepta Pyrrha sorore. ea verò & ipsa*
*Propter virum suum Iphiclum multo dolore conficitur*
*Filium tuum: omnium enim ærumnosissimos liberos*
*Te Deo & viro mortali peperisse credo.*
*Sic loquuta est, & crebræ lacrymæ illi per malas*
*In pulchrum ipsius sinum e palpebris fundebantur,*
*Recordanti de liberis, & suis deinde parentibus.*
*Eodem modo & lacrymis albas genas rigabat*
*Alcmena, grauiter ex imo pectore ingemiscens.*
*Sapienti sermone caram nurum sic alloquuta est:*
*Filia prolibus infelix, quomodo hoc in mentem tibi venit*
*Tristem, vt nos velis commouere ambas?*
*Intolerabiles curas commemorans, quas non nunc primùm defleuimus.*
*An non satis est, vt habemus? alijs semper in proximũ quemque diem*
*Incidentibus: vt admodum lugendi cupidus sit,*
*Qui nostra mala numerare velit.*
*Bono animo esto: non tali fato natæ sumus:*
*Nam te quoque video, cara filia, ingenti*
*Dolore confici, ignosco verò tibi,.*
*Quòd doles: quoniam & lætitiæ satietas est.*
*Et te valde vehementer deploro, meque tui miseret,*
*Quòd nostræ tristis fortunæ particeps es,*
*Quæ capitibus nostris grauis incumbit.*
*Nam sciat hoc Proserpina, & decenter velata Ceres;*
*Quas cum suo magno malo quis volens periurio*
*Offenderit, quòd te non minus in animo meo*
*Caram habeo, quàm si mihi ex vtero egressa esses,*

καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα·
οὐδ' αὐτήν γέ νυ πάμπαν ἔολπά σε τοῦτό γε λήθειν.
τῶ, μηδ' ἐξείπῃς, τό γ' ἐμὸν θάλος, ὥς σευ ἀκήδω,
μηδ' εἴ κ' ἠϋκόμου Νιόβης πυκινώτερα κλαίω·
οὐδὲν γὰρ νεμεσητὸν, ὑπὲρ τέκνου γοάασθαι
μητέρι δυσπαθέοντος· ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκαμνον,
πρὶν καί περ τ' ἰδέειν μιν ἐμῷ ὑπὸ ἧπατ' ἔχοισα.
καί με πυλάρταο σχεδὸν ἤγαγεν Ἀϊδονῆος·
ὧδε ἓ δυστοκέσασα κακὰς ὠδῖνας ἀνέτλαν.
νῦν δέ μοι οἴχεται, οἶος ἐπ' ἀλλοτρίης νέον ἆθλον
ἐκτελέων, οὐδ' οἶδα δυσάμμορος, εἴτε μιν αὐτὸν
ἐνθάδε νοστήσανθ' ὑποδέξομαι, εἴτε καὶ οὐκί.
πρὸς δ' ἔτι μ' ἐπτοίησε διὰ γλυκὺν αἰνὸς ὄνειρος
ὕπνον· δειμαίνω δὲ παλίγκοτον ὄψιν ἰδοῦσα
ἐκπάγλως, μή μοι τὶ τέκνοις ἀποθύμιον ἔρδοι·
εἴσατο γάρ μοι ἔχων μακέλλην εὐεργέα χερσὶ
παῖς ἐμὸς ἀμφοτέρῃσι, βίη Ἡρακληείη·
τῇ μεγάλλην ἐλάχαινε δεδεγμένος ὡς ἐπὶ μισθῷ,
τάφρον, τηλεθάοντος ἐπ' ἐσχατιῇ τινὸς ἀγροῦ,
γυμνὸς, ἄνευ χλαίνης τε, καὶ εὐμίτροιο χιτῶνος.
αὐτὰρ ἐπειδὴ παντὸς ἀφίκετο πρὸς τέλος ἔργου,
καρτερὸν οἰνοπέδοιο πονεύμενος ἕρκος ἀλωῆς,
ἤτοι ὁ, λίστρον ἔμελλεν ἐπὶ προὔχοντος ἐρείσας,
ἀνδήρου καταδῦναι, ἃ καὶ πάρος εἵματα ἕστο.
ἐξαπίνης δ' ἀνέλαμψεν ὑπὲρ καπέτοιο βαθείης,
πῦρ ἄμοτον· περὶ δ' αὐτὸν ἀθέσφατος εἰλεῖτο φλόξ.
αὐτὰρ ὅ γ' αἰὲν ὀπίσω θοοῖς ἀνεχάζετο ποσσὶν
ἐκφυγέειν μεμαὼς ὀλοὸν μένος Ἡφαίστοιο·
αἰεὶ δὲ προπάροιθεν ἑοῦ χροὸς ἠΰτε γέῤῥον,
νώμασκεν μακέλλην· περὶ δ' ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα,
πάπταινεν, μὴ δή μιν ἐπιφλέξῃ δήϊον πῦρ.
τῷ μὲν ἀοσσῆσαι λελιημένος, ὥς μοι ἐΐκτο,
Ἰφικλέης μεγάθυμος, ἐπ' οὔδει κάππεσ' ὀλισθὼν,

*Et mihi vnica in domo virgo esses.*
*Neque te ipsam hoc omnino latêre existimo.*
*Quare ne dicas, meum germen, quòd te non curo:*
*Non, quamuis crebriùs ploro quàm pulchra Niobe.*
*Neque culpanda est, si propter filium lugeat*
*Mater adflictum: quoniam decem mensium laborem sustinui,*
*Priusquam ipsum adspicerem, quem sub hepate meo habebam.*
*Et me penè ad munitas inferni portas deduxit,*
*Sic ipsum difficulter enixa graues dolores pertuli.*
*Nunc verò abest peregre, nouum certamen*
*Perficiens: neque infelix scio, vtrum ipsum*
*Huc reducem receptura sim, nec ne.*
*Præterea etiam somnium triste terruit me per dulcem*
*Somnum: quare metuo, cum aduersam visionem viderim,*
*Vehementer, ne quid liberis infestum adferat.*
*Visus est enim mihi, tenens ligonem fabrefactum manibus*
*Ambabus, filius meus Hercules,*
*Quo magnam effodiebat, obstrictus tanquam pro mercede,*
*Fossam, in extremitate cuiusdam florentis agri,*
*Nudus, absque læna, & absque cinctili tunica.*
*Sed postquam totius peruenerat ad finem operis,*
*Validum vitiferæ elaborans munimentum areæ:*
*Tunc ille ligone in eminenti sulco defixo,*
*Volebat induere vestes, quibus antè indutus fuerat.*
*Subitò verò eluxit supra fossam profundam*
*Ignis indefessus, & immensa circum ipsum flamma voluebatur.*
*Verùm ille semper velocibus retrocedebat pedibus,*
*Effugere cupiens sæuam vim Vulcani.*
*Semper verò ante suum corpus, velut scutum,*
*Ligonem quatiebat: oculisque huc illuc*
*Circunspiciebat, ne ipsum adureret infestus ignis.*
*Huic quidem opem ferre cupiens, vt mihi videbatur,*
*Iphiclus magnanimus, in terram cecidit lapsus,*

*Priusquam*

πρὶν γ' ἐλθεῖν, οὐδ' ὀρθὸς ἀναστῆναι δύνατ' αὖτις,
ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔκειτο, γέρων ὡσεί τ' ἀμβλυωνὸς,
ὅν τε καὶ οὐκ ἐθέλοντα βιήσατο γῆρας ἀτερπὲς,
χάππεισεν, κεῖται δ' ὅ γ' ἐπὶ χθονὸς ἔμπεδον αὐτοῦ,
εἰσόκέ τις χειρός μιν ἀνειρύσῃ παριόντων,
αἰδεσθεὶς ὄπιδα προτέρην πολιοῖο γενείου·
ὣς ἐν γῇ λελίαστο σακέσπαλος Ἰφικλείης.
αὐτὰρ ἐγὼ κλαίεσκον ἀμηχανέοντας ὁρῶσα
παῖδας ἐμοὺς, μέχρι δή μοι ἀπέσσυτο νήδυμος ὕπνος.
ὀφθαλμῶν· ἠὼς δὲ παραυτίκα φαίδιμος ἦλθε.
τοῖα φίλη μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν,
παννυχίη· τάδε πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο,
οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο· γένοιτο δὲ μάντις ἐκείνῳ
θυμὸς ἐμὸς, μὴ ἄλλο παρεκτελέσειέ τι δαίμων.

5. Ἀνδρὸς ὑπ' οὐτιδανοῖο, id est, sub Eurystheo. 21. ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις. Similis est comparatio in fine 4. Georg. Virg.

*Qualis populea mærens philomela sub vmbra*
*Amissos queritur fetus, quos durus arator*
*Obseruans nido implumes detraxit. at illa*
*Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen*
*Integrat, & mæstis latè loca questubus implet.*

38. Τίρυνθα. Tiryns oppidum Achaiæ, non procul ab Argis, patria Herculis, vnde Tirynthius dictus. 52. Νόσφι δὴ Πύῤῥης. Pyrrha vxor Iphicli fratris Herculis. Nam Alcmena Iphiclum ex Amphitryone, & ex Ioue Herculem conceptum peperisse dicitur. 56. δάκρυα μήλων. μῆλα, malæ, locus sub oculis, in facie instar tumuli eminens: quem Pollux sic adpellatum ait, quòd rubor seu flos ætatis in ea præcipuè parte eluceat. Est verò hic velut agger obiectus, vt sit custodia seu munimentum oculorum: igitur ὑποφθάλμιον φρουρὰν vocant. Est hîc ellipsis præpositionis. 79. φρεσὶν ᾗσι, pro ἡμετέρῃσι, Enallage.

*Priusquam ad ipsum perueniret: neque rectus rursum resurgere potuit,*
*Sed immobiliter iacebat, sicut imbecillus senex,*
*Quem etiam inuitum vicit ingrata senecta,*
*Concidit, & iacet humi defixus ibi,*
*Donec quis manu attraxerit prætereuntium,*
*Reueritus adspectum priorem & canam barbam:*
*Ita in terra voluebatur bellicosus Iphiclus.*
*At ego flebam, ope destitutos videns*
*Filios meos, donec mihi excussus est dulcis somnus*
*Ex oculis, & aurora statim illustris prodijt.*
*Talia mihi somnia mentem perterruerunt*
*De nocte. Verùm omnia ad Eurysthea vertantur*
*A domo nostra: fiatque vates illi*
*Animus meus, ne quid aliud fortuna perficiat.*

lage. 81. Καί μοι τηλυγέτη. τηλύγετος, vnicus, & parentibus iam senescentibus natus, ob idque carior. 89. Ωδὶ ἐ δυςτοκέσασα. Sic Theocritus in Herculisco Herculem vocat παῖδα ὀψίγονον, hoc est puerum tardè genitum. Nam tradunt eum tardè & difficili partu genitum esse, Iunone videlicet impediente quo minus Alcmena pellex ipsius facilè párere posset. Pausanias in Bœotijs ait, a Iunone veneficas missas fuisse, quę incantationibus suis partum detinerent. Quod quum Historis filia Tiresiæ, quæ parturienti aderat, sensisset, procurrit in publicum, & cum vlulatu ac læta conclamatione, sicut fieri solebat, indicauit iam feliciter peperisse Alcmenam. Hoc sophismate delusæ veneficæ, quum artem suam irritam fuisse putarent, atque abirent, Alcmena incantationibus earum liberata, deinde peperit. 103. Λίστρον, teste Polluce, inter cetera & ferramentum ad fodiendum & repurgandum significat. λιστρεύω purgo, fodio.

C QVE-

## ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΒΙΩΝΟΣ
*βουκόλου ἐρωτικοῦ.*

Αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, καὶ δώριον ὕδωρ,
καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα.
νῦν φυτά μοι μύρεσθε, καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε,
ἄνθεα νῦν στυγνοῖσιν ὑποπνείοιτε κορύμβοις,
νῦν ῥόδα φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμῶνα,
νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον, αἶ αἶ.
λάμβανε τοῖς πετάλοισι, καλὸς τέθνηκε μελικτάς.
Αρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος; ἄρχετε μοῖσαι.
ἀδόνες αἱ πυκινοῖσιν ὀδυρόμεναι ποτὶ φύλλοις,
νάμασι τοῖς σικελοῖς ἀγγείλατε τᾶς Αρεθούσης,
ὅττι Βίων τέθνηκεν ὁ βωκόλος, ὅττι σὺν αὐτῷ
καὶ τὸ μέλος τέθνακε, καὶ ὤλετο δωρὶς ἀοιδά.
Αρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
στρυμόνιοι μύρεσθε παρ᾽ ὕδασιν αἴλινα κύκνοι,
καὶ γοεροῖς στομάτεσσι μελίσδετε πένθιμον ᾠδὰν,
οἵαν ὑμετέροις ποτὶ χείλεσι γῆρυν ἄειδεν.
εἴπατε δ᾽ αὖ κούραις Οἰαγρίοιο, εἴπατε πάσαις
Βιστονίαις νύμφαισιν, ἀπώλετο δώριος Ορφεύς.
Αρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
κεῖνος ὁ ταῖς ἀγέλαισιν ἐράσμιος, οὐκέτι μέλπει,
οὐκέτ᾽ ἐρημαίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν ἥμενος ᾄδει·
ἀλλὰ παρὰ Πλουτῆϊ μέλος λήθαιον ἀείδει·
ὤρεα δ᾽ ἐστὶν ἄφωνα, καὶ αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις
πλαζόμεναι γοάοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.
Αρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
σεῖο Βίων ἔκλαυσε ταχὺν μόρον αὐτὸς Απόλλων,
καὶ σάτυροι μύροντο, μελάγχλαινοί τε πρίηποι,
καὶ πᾶνες στοναχεῦντι τὸ σὸν μέλος, αἵτε καθ᾽ ὕλαν
κρανίδες ὠδύραντο, καὶ ὕδατα δάκρυα γέντο·
Αχὼ δ᾽ ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇ,

κοὐκέτι

## QVERELA FVNEBRIS DE morte Bionis, qui fuit bubulcus amator.

*Lugubriter mihi ingemiscite saltus, & Dorica vnda,*
*Et fluuij deflete amabilem Bionem.*
*Nunc plantæ mihi lugete, & nemora nunc plorate:*
*Nunc flores tristibus exspirate corymbis:*
*Nunc rosæ lugubriter rubete, nunc Anemone.*
*Nunc Hyacinthe litteras tuas loquare, & plusquam hei hei*
*Accipe hoc tuis folijs: præclarus cantor mortuus est.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Lusciniæ, quæ densis lugetis in folijs,*
*Nuntiate Siculis vndis Arethusæ,*
*Quòd pastor Bion mortuus est: quódque vnà cum ipso*
*Et carmen interijt, perijtque Dorica Musa.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Strymonij cycni miserabiliter lugete apud vndas,*
*Et flebili ore canite lugubre carmen,*
*Quali voce Bion in vestris labris cecinit.*
*Dicite autem puellis Oeagrijs, dicite omnibus*
*Bistonijs nuribus, perijt Doricus Orpheus.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Bion enim dilectus armentis non amplius canit,*
*Non amplius solis sub quercubus recubans cantat:*
*Verùm apud Plutonem carmen Lethæum canit.*
*Montes verò sunt muti, & vaccæ apud tauros*
*Errantes plorant, & non volunt pasci.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Tuum, ô Bion, defleuit subitum interitum ipse Apollo,*
*Et Satyri lugent, atque atris vestibus induti Priapi:*
*Et Panes cum gemitu requirunt tuum carmen. Et per siluas*
*Fontium nymphæ plorant, atque ex vndis factæ sunt lacrymæ.*
*Echo verò in rupibus luget, quòd tacere cogitur:*

κοὐκέτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα· σῷ δ' ἐπ' ὀλέθρῳ
δένδρεα καρπὸν ἔριψε, τὰ δ' ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη·
μάλων οὐκ ἔρρευσε καλὸν γλάγος· οὐ μέλι σίμβλων,
κάτθανεν ἐν κηρῷ λυπεύμενον· οὐκέτι γὰρ δεῖ
τῶ μέλιτος τῶ σῶ τεθνακότος ἄλλο τρυγᾶσθαι.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
οὐ τόσον εἰναλίαισι παρ' ἠόσι μύρατο δελφίν,
οὐδὲ τόσον πόκ' ἄεισεν ἐνὶ σκοπέλοισιν ἀηδών,
οὐδὲ τόσον θρήνησεν ἀν' ὤρεα μακρὰ χελιδών·
Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο Κήϋξ·
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
οὐδὲ τόσον γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι Κηρύλος ᾆδεν,
οὐ τόσον ἠώοισιν ἐν ἄγκεσι παῖδα τὸν Ἀοῦς,
ἱπτάμενος περὶ σᾶμα κινύρατο Μέμνονος ὄρνις,
ὅσσον ἀποφθιμένοιο κατωδύραντο Βίωνος.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
ἀηδονίδες, πᾶσαί τε χελιδόνες, ἅς πόκ' ἔτερπεν,
ἃς λαλέειν ἐδίδασκε, καθεζόμεναι δ' ἐπὶ πρέμνοις
ἀντίον ἀλλήλαισιν, ἐκώκυον, αἱ δ' ὑπεφώνευν
ὄρνιθες, λυπεῖσθε πελειάδες ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
τίς ποτὶ σᾷ σύριγγι μελίσδεται, ὦ τριπόθατε·
τίς δ' ἐπὶ τοῖς καλάμοις θήσει στόμα· τίς θρασὺς οὕτως·
εἰσέτι γὰρ πνείει τὰ σὰ χείλεα, καὶ τὸ σὸν ἆσθμα.
Ἀχὼ δ' ἐν δονάκεσσι τεὰς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς.
Πανὶ φέρω τὸ μέλισμα, τάχ' ἂν κἀκεῖνος ἐρεῖσαι
τὸ στόμα δειμαίνοι, μὴ δεύτερα σεῖο φέρηται.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος, ἅν πόκ' ἔτερπες
ἑζομέναν περὶ σεῖο παρ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης.
οὐ γὰρ ἴσον Κύκλωπι μελίσδεο· τὸν μὲν ἔφευγεν
ἁ καλὰ Γαλάτεια· σὲ δ' ἅδιον ἔβλεπεν ἅλμας,
καὶ νῦν λασαμένη τῶ κύματος, ἐν ψαμάθοισιν

*Neque amplius labra tua imitatur. In tuo interitu*
*Arbores fructus suos abiecerunt, & flores omnes exaruerunt.*
*Pomorum non rubuit albedo lactea: non mel in aluearibus inuentũ est,*
*Perijt in cera dolore tabefactum. non enim opus est,*
*Melle tuo extincto, aliud carpere.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Non adeò in litore marino Delphin luxit,*
*Neque adeò cecinit vnquam in rupibus luscinia,*
*Nec tanto cum luctu questa est altis in montibus hirundo,*
*Neque Halcyon tanto dolore deplorauit Ceycis interitum:*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Neque Cerylus adeò cecinit in mari cæruleo,*
*Nec in vallibus orientis filium Auroræ*
*Volitans circum sepulcrum adeò deplorauit Memnonis ales,*
*Quantum extinctum deplorauerunt Bionem.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Lusciniæ, omnesque hirundines, quas olim cantu oblectauit,*
*Quas loqui docuit, residentes in arborum ramis,*
*Ex aduerso vlularum inter se: aliæ verò respondebant*
*Volucres, vos quoque columbæ mœrorem ostendite.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Quis iam tua fistula canet, ô desideratissime?*
*Quis calamis tuis os admouebit? quis adeo audax erit?*
*Nam adhuc spirant tua labra, & tuum spiritum.*
*Echo te canentem requirit in arundinetis.*
*Pani fero fistulam tuam: fortasse & ille adfigere*
*Os verebitur, ne post te secundas ferat.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Deflet & Galatea tuum carmen, quam olim oblectare solebas,*
*Sedentem apud te in litore maris.*
*Non enim sicut Cyclops canebas: nam ab illo refugiebat*
*Pulchra Galatea: te verò blandè e mari adspiciebat,*
*Et nunc oblita pelagi, in arenis*

ἔζετ' ἐρημαίαισι, βοὰς δ' ἔτι σῷο νομεύς.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
πάντα τοι ὦ βούτα ξυγκάτθανε δῶρα τὰ μοισᾶν,
παρθενικᾶν ἐρόεντα φιλήματα, χείλεα παίδων·
καὶ συγνὸν περὶ σῆμα τεὸν κλαίουσιν ἔρωτες.
ἁ Κύπρις φιλεῖ σε πολὺ πλέον ἢ τὸ φίλαμα
τὸ, πρώαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλασε.
τοῦτό τι ὦ ποταμῶν λιγυρώτατε δεύτερον ἄλγος,
τοῦτο μέλει νέον ἄλγος, ἀπώλετο πράν τοι Ὅμηρος.
τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα, καὶ σὲ λέγοντι
μύρεσθαι καλὸν υἷα πολυκλαύσοισι ῥεέθροις,
πᾶσαν δ' ἔπλησας φωνᾶς ἅλα. νῦν πάλιν ἄλλον
υἱέα δακρύεις, αἰνῷ δ' ἐπὶ πένθεϊ τάκῃ.
ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι· ὃς μὲν ἔπινε
παγασίδος κράνας. ὁ δ', ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθούσας·
χὼ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα,
καὶ Θέτιδος μέγαν υἷα, καὶ ἀτρείδαν Μενέλαον·
κεῖνος δ' οὐ πολέμους, οὐ δάκρυα, Πᾶνα δ' ἔμελπε,
καὶ βώτας ἐλίγαινε, καὶ ἀείδων ἐνόμευε,
καὶ σύριγγας ἔτευχε, καὶ ἁδέα πόρτιν ἄμελγε,
καὶ παίδων ἐδίδασκε φιλάματα. καὶ τὸν ἔρωτα
ἔτρεφεν ἐν κόλποισι, καὶ ἤρεσε τὴν Ἀφροδίτην.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
πᾶσα Βίων θρηνεῖ σε κλυτὴ πόλις, ἄστεα πάντα·
Ἄσκρη μὲν γοάει σὲ πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο·
Πίνδαρον οὐ ποθέοντι τόσον βοιωτίδες ὗλαι·
οὐ τόσον Ἀλκαίῳ περὶ μύρατο Λέσβος ἐρυμνά,
οὐδὲ τόσον τὸν ἀοιδὸν ἐμύρατο Κήϊον ἄστυ.
σὲ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος, ἀντὶ δὲ Σαπφοῦς
εἰσέτι σεῦ τὸ μέλισμα κινύρεται ἁ Μιτυλάνα.
(Μάρκος ὁ Μοῦσρος ἔλεγε τοιαῦτά τινα λείπειν.)
Πάντες ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα βωκολιασαὶ, *
ἐκ μοισῶν, σέο πότμον ἀνακλαίουσι θανόντος·

κλαίει

*Sedet desertis, & adhuc vocem tuam sectatur.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*O pastor, omnia vnà tecum mortua sunt dona Musarum,*
*Virginum suauia oscula, & puellarum labra,*
*Et miserabiliter apud tuum sepulcrum plorant Amores.*
*Venus te amat multo magis quàm osculum*
*Quo nuper Adonidem morientem osculata est.*
*Hic tibi, ô fluuiorum maximè canore, alter mæror est,*
*Hic tristis luctus: interijt enim tibi prius Homerus,*
*Illud Calliopes dulce os, & te aiunt*
*Deplorasse pulchrum filium flebilibus vndis,*
*Totúmque repleuisse voce tua mare. nunc iterum alium*
*Filium deploras, & tristi luctu contabescis.*
*Ambo fontibus cari erant. alter bibebat*
*De fonte Pegaseo: alter tenebat poculum de fonte Arethusæ.*
*Et alter Tyndarei formosam cecinit filiam,*
*Et magnum Thetidis filium, & Atridam Menelaum:*
*Alter verò non bella, non lacrymas, verùm Pana canebat,*
*Et pastores sonabat, & inter canendum pecora pascebat,*
*Et fistulas fabricabat, & suauem vitulam mulgebat,*
*Et puellarum oscula docebat, & amorem*
*In gremio fouebat, atque Veneri carus erat.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*O Bion, omnes inclytæ vrbes, omnia oppida te deplorant,*
*Ascra deflet multo magis quàm Hesiodum,*
*Neque adeò desiderant Pindarum Bœoticæ siluæ:*
*Nec propter Alcæum adeò fleuit Lesbus munita,*
*Nec propter vatem suum amissum adeò fleuit Ceium oppidum.*
*Te magis quàm Archilochum desiderat Parus, proque Sapphone*
*Adhuc tuum carmen sonat Mitylena.*

MARCVS MVSVRVS DIXIT TALIA QVÆdam deesse, & hos sex versus de suo addidit.

*Omnes quibus feruet os scriptores bucolici,*
*Musarum beneficio, tuum interitum deplorant:*

*Deplorat*

κλαίει σικελίδας τὸ Σάμου κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν,
ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι,
δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἔν τε πολίταις,
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς·
ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος. αὐτὰρ ἐγώ τι
Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, οὐ ξένος ᾠδᾶς
βωκολικᾶς, ἀλλ' ἥν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητὰς
κλαρονόμως μώσας τᾶς δωρίδος, ἄμμε γεραίρων,
ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δὲ ἀπέλειψας ἀοιδάν.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
αἲ αἲ ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται
ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα τό τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον
ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι·
ἄμμες δὲ οἱ μεγάλοι, καὶ καρτεροὶ, ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
ὁππότε πρᾶτα θάνωμες ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ,
εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.
καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ,
ταῖς νύμφαισι δὲ ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν.
τῷ δὲ ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
φάρμακον ἦλθε Βίων ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον ἦδες.
τίς τευ τοῖς χείλεσί ποτ' ἔδραμε, κοὐκ ἐγλυκάνθη·
τίς δὲ βροτὸς τοσοῦτον ἀνάμερος ἢ κεράσαι τοι,
ἢ δοῦναι καλέων τοι φάρμακον, ἔκφυγεν ᾠδάν.
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι.
ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας· ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῷδε
δάκρυα, καὶ τεὸν οἶτον ὀδύρομαι. εἰ δυναίμαν δὲ,
ὡς Ὀρφεὺς καταβὰς ποτὶ τάρταρον, ὥς ποκ' Ὀδυσσεὺς,
ὡς πάρος Ἀλκίδας, κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δόμον ἦλθον
Πλουτέος, ὥς κεν ἴδοιμι καὶ εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις,
ὡς ἂν ἀκουσαίμαν τί μελίσδεαι, ἀλλ' ἐπὶ κώρᾳ
σικελικόν τι λίγαινε, καὶ ἁδύ τι βουκολιάσδευ,
κἠκείνη σικελᾶσιν ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν

ᾐόσι

*Deplorat te Sicelides decus Sami, & inter Cydonas*
*Qui prius ridenti vultu hilaris erat,*
*Nunc lacrymas lugens fundit Lycidas, & inter ciues suos*
*Triopidas ad flumen Halenta Philetas luget,*
*Interque Syracusanos Theocritus. Verùm ego tibi*
*Ausonici mœroris carmen cano, non alienus a cantione*
*Bucolica, quam docuisti tuos discipulos,*
*Heredes Musæ Doricæ, nos eo honore adficiens:*
*Alijs opes tuas, mihi verò reliquisti carmen.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Hei hei, maluæ quum in horto interierunt,*
*Vel viride apium, vel florens crispum anethum,*
*Postea reuiuiscunt, & altero anno renascuntur:*
*Nos verò qui magni & fortes aut sapientes viri sumus,*
*Vbi primùm mortui fuerimus, obscuri in terra concaua*
*Dormimus valde bene longum infinitum inexcitabilem somnum.*
*Et tu in silentio conditus eris in terra:*
*Nymphis verò ita placet, vt rana semper cantet.*
*Cui ego sanè non inuideo. nam carmen non bonum canit.*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*Venenum venit Bion ad tuum os, venenum sensisti.*
*Quis tuis labris occurrit, & non delinitus fuit?*
*Quis homo adeò immitis, qui vel miscere ausus fuit,*
*Vel præbere iussit venenum, vt effugerit tuam cantionem?*
*Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.*
*At pœna iusta deprehendit omnes: ego verò in hoc luctu*
*Lacrymas fundo, tuumque fatum deploro. Quòd si possem,*
*Vt Orpheus, qui descendit ad inferos, sicut olim Vlysses,*
*Et ante eum Alcides: ita & ego fortè venirem ad domum*
*Plutonis, vt viderem, an etiam Diti cantes,*
*Atque quid cantes audirem. Verùm apud Hecaten*
*Siculum carmen resona, & suaue aliquod bucolicum cane.*
*Nam & illa in Sicula Aetna lusit,*

αἰόσι, καὶ μέλος ἦδε τὸ δώριον, οὐκ ἀγέραςος
ἐοσεῖθ' ἁ μολπὴ, χ' ὡς Ορφεῖ πρόσθεν ἔδωκεν
ἁδέα φορμίζοντι παλίοσυτον Ευρυδίκαν·
χαὶ σὲ Βίων πέμψει τοῖς ὤρεσιν· εἰ δέ τι κἠγὼν
συρίσδεν δυνάμαν, παρὰ Πλουτεῖ κἀυτὸς ἄειδον.

Hoc carmen etiam exſtat inter idyllia Theocriti. Sunt autem qui hoc Moſcho tribuant; qui & ipſe Syracuſanus fuit. Nam Theocriti non eſſe argumento eſt ipſius Theocriti in eo facta mentio. 7. Λάμβανε τοῖς πετάλοισι. Alij legunt σοῖς, & fortaſſe rectiùs. 14. ςρυμόνιοι. Strymon Thraciæ fluuius. meminit autē eius propter Orpheum, cui patria fuit Thracia. 17. Οἰαγρίσιν. Oeagrus fluuius Thraciç. eum quidam Orphei patrem fuiſſe prodiderūt. Inde apud Virg. Oeagrius Hebrus: & Oeagrides, id eſt Threïſſæ. 18. Βιςονίαις. Biſton rex Thraciæ, vnde Biſtonis ſtagni & ciuitatis in Thracia nomen. & inde Biſtonia ipſa Thracia. δώριος Ορφεὺς propter excellentiam dicitur: quaſi dicat, nemo in hoc genere bucolico excellētior fuit. 30. Αχὼ. Id eſt, non habet amplius vocem Bionis, cui reſpondeat. 37. δέλφιν. Delphines vocem edunt humanis gemitibus ſimilem. Muſicis harmonijs mirificè demulcētur. Ingenti amore pueros proſequi ſolent, & dorſo acceptos vltro citroque per mare incolumes vectare ac reducere. qui ſi quo caſu poſtea intereunt, & ipſi mœrore cōfecti moriuntur. Refert aliquot exempla Plinius lib. 9. ca. 8. De tali delphinū luctu Moſchus hîc loqui videtur. 38. 39. ἀηδὼν. χελιδὼν. Hæc ad fabulam Terei & Prognes atque Philomelæ referenda ſunt. dicuntur enim Ityn puerum cantu deplorare. Vide Ouid. 6. Metamorph. 40. Αλκυόνος. Fabulam Halcyones & Ceycis vide lib. 11. Metamorph. Ouid. 42. Κηρύλος. Cerylum marem vocant Halcyonum: qui vbi conſenuit, a coniuge alis impoſitus geſtari dicitur. & talis coniugij amor eſt in his auiculis, vt quū altera ex eis interijt, quæ ſuperſtes eſt, longo tempore amiſſam ſociam lugubri voce deploret. Alij Cerylū ab Halcedone diſcernūt, ſed tamē de eo genere eſſe ſtatuunt.

Ariſtot.

*Et in litore carmen Doricum cecinit: neque inhonoratum*
*Carmen erit. & sicut Orpheo prius dedit,*
*Suauiter cithara canenti reducem Eurydicen:*
*Sic & te ô Bion remittet montibus. Si verò & ego (vellē.*
*Fistula canere scirem, ipse apud Plutonē pro te recuperando cantare*

Aristot. de Historia animaliū li. 8. ca. 3. etiā videtur discernere ab Halcedonibus. attamen eundem locum & victum vtrique tribuit. Gaza carulum vertit. 44. Μέμνονος ὄρνις. Memnonis cineres in aues Memnonidas transmutati feruntur. quæ magnis gregibus, e diuersis locis, singulis annis ad sepulcrū Memnonis conuolare, atque ibi primùm querulas voces edere, deinde inter se dimicare dicuntur. Ouid. lib. 13. Metamorph. 77. ὃς μὲν, Homerus. 78. οδ' ἔχει. i. Bion Siculum seu bucolicū carmē scribebat. 96. Κλαίει σικελίδας. Sicelides, id est Asclepiades, qui Sicelidę filius fuit. patris nomē pro proprio. Fuit hic epigrāmatū scriptor, de quo Theocritus in Thalysijs,

οὔτε τὸν ἐσθλὸν Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, οὔτε Φιλητᾶν
Αἀίδων. ——

Κυδωσιν. Cydones qui australem partem Cretæ tenent. Strabo lib. 10. Hinc natus fuit Lycidas, de quo Theocritus in Thalysijs. 99. Τριοπίδαις. Triopus ciuitas. vnde Triopidæ, vna tribus in Co insula, patria Philetæ. & Halus fluuius eodem in loco. Philetas elegiographus fuit, præceptor Ptolemæi Philadelphi, & amicus Theocriti. Corpore hic fertur fuisse ita tenui, vt plumbo niti cogeretur, ne ventorū flatu abriperetur. 101. αὐσονικᾶς ὀδύνας, Ausonici mœroris. Ausonius pontus dictū fuit mare Siculū, ab Ausone filio Vlyssis. & Calypsus, qui totam illā oram tenuit. Suidas testis. Ergo quū Moschus fuerit Syracusanus, hoc suum carmē Ausonicum vocat. Sed mihi videntur hæc esse Musuri, qui hoc idyllion mutilum complere voluit. 118. ἢ κεράων τι, ἢ δοῦναι καλέων τοι φάρμακον, ἔκφυγεν ᾠδάν. Id est, qui vel tibi miscens, vel dari iubens tibi venenum, carmine tuo non sit delinitus, & ad misericordiam flexus. Quidam legunt κεράωντι, ἢ δοῦναι καλέωντι φάρμακον.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὤνεμος ἀτρέμα βάλλοι,
τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι μοῖσα
ἐντὶ φίλα· ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα.
ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολιὸς βυθὸς, ἁ δὲ θάλασσα
κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα * μεμήνῃ,
ἐς χθόνα παπταίνω καὶ δένδρεα, τὰν δ' ἅλα φεύγω·
γᾶ δέ μοι ἁ πιστά. τάχα δὲ εὔσκιος εὔαδεν ὕλα.
ἔνθα καὶ ἢν πνεύσῃ πολὺς ὤνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει.
ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον, ᾧ δόμος ἁ ναῦς,
καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθὺς ἁ πλάνος ἄγρα.
αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ,
καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἆχον ἀκούειν,
ἃ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἄγρικον, οὐχὶ ταράσσει.

2. οὐδ' ἔτι. Sic malim quàm οὐδέ τι. 3. ποτάγει δὲ. Græca verba ſunt, ποθεῖ δὲ πολὺ πλέονα μεγάλαν ἅλα. Ex quibus nec eum quem ſequutus ſum, ſenſum, nec alium vllum elici poſſe, ſed nec verſum ipſum conſtare, ſatis manifeſtum eſt. Lego igitur cum Henrico Stephano pro ποθέει, ποτάγει. & loco horum verborum πλέονα μεγάλαν ἅλα, ſeruatis omnibus elementis præter vltima duo, & inſerto μ, πλέον ἄμμε γαλάνα. Cui lectioni qui repugnabit, rationi repugnet neceſſe eſt. 5. τὰ δὲ κύματα * μεμήνῃ. Addo πάντα vel δεινά. 7. εὔσκιος. Sic malim quàm ἄσκιος. 10. καὶ ἰχθὺς ἀπλανῶς ἄγρα. Et ſenſui & menſuræ verſus magnam facit iniuriam hoc mendum. quod & ipſum paucis mutatis tollitur, ſi legas ἁ πλάνος. Lucianus

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ηρα Πὰν Αχῶς τᾶς γείτονος· ἤρατο δὲ Αχὼ
σκιρτητᾶ Σατύρω· Σάτυρος δὲ ἐπεμήνατο Λύδας·
ὡς Αχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν Αχώ.
καὶ Λύδα Σατυρίσκον· ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ.

ἔσσον

## EIVSDEM.

*Quum ventus leniter mare glaucum adspirat,*
*Timidus me solicitat animus, nec amplius Musa*
*Grata est, sed multo magis me rapit tranquillitas.*
*At quando resonat canum pelagus, & vnda marina*
*Incuruata spumat, ac plurimi fluctus agitantur,*
*Tunc ego respiciens terram & arbores, a mari fugio:*
*Terraque mihi fida videtur, & statim opaca silua placet.*
*In qua magno spirante vento pinus canit.*
*Malam profectò piscator vitam degit, cui domus est nauis,*
*Et labor in mari, & piscium fallax venatio.*
*Mihi verò dulcis dormitur somnus sub platano comata,*
*Et murmur audire iuxta fontem amo,*
*Qui oblectat strepitu agrestem, non autem exterret.*

nus in quodam dialogo, quomodo sit πλάνος elegantissimè docet. 23. ἀτερπῆ ψοφέοισα τὸν ἄγροικον, οὐχὶ ταράσσει. Gesnerus legit ἁ τερπνὸν. & pro ἄγροικον οὐχὶ, quædam exemplaria habent ἀγροῖ κ' οὐχὶ. Sed quis non videat hic legẽdum ἁ τέρπει; Quod autem ad vocem ἄγροικον attinet, non caret exemplo. Habes enim hunc versum apud Theocritum,

οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγροικα παίσδεις.

vbi alij malunt scribere ἄγρικα. quos sequutus vide an malis & in ἄγροικον expungere ο, vt sit ἄγρικον. Non video certè quî retineri possit ο, si dactylum esse velimus. Ergo vt ex duobus malis leuius eligam, malim ἄγρικον legere, dum quid certius compertum habuero. mihi certè vterque locus suspectus est. Hactenus fere Henricus Stephanus.

## EIVSDEM.

*Pan amabat Echo vicinam: Echo autem ardebat*
*Saltatorem Satyrum: Satyrus verò deperibat Lydam.*
*Quantum Echo Pana, tantum Satyrus ipsam vrebat,*
*Et Satyrum Lyda. Sic amor per vices flagrabat.*

ὅσσον γὰρ τήνων τὶς ἐμίσεε τὸν φιλέοντα,
τόσσον ὁμῶς φιλέων ἐχθαίρετο, πάσχε δὲ ἄποινα.
ταῦτα λέγω πᾶσι τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεράστοις,
στέργετε τοὺς φιλέοντας, ἵν' ἢν φιλέητε φιλῆσθε.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εσπερε τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Αφρογενήας,
ἕσπερε κυανέας ἱερὸν φίλε νυκτὸς ἄγαλμα,
τόσσον ἀφαυρότερον μήνας, ὅσον ἔξοχος ἄστρων,
χαῖρε φίλος, καί μοι ποτὶ ποιμένα κῶμον ἄγοντι
ἀντὶ σελαναίας τὺ δίδου φάος, ὥνεκα τήνα
σάμερον ἀρχομένα τάχιον δύεν. οὐκ ἐπὶ φωρὰν
ἔρχομαι, οὐδ' ἵνα νυκτὸς ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω·
ἀλλ' ἐράω. καλὸν δέ τ' ἐρασσαμένῳ συνερᾶσθαι.

Hoc idyllion Stobæus Bioni adſcribit, Henr. Stephanus Moſcho. 6. ἀρχομένα. alij ἐρχομένα. 8. καλὸν. Similem fere ſententiam expreſſit vltimo carmine ſuperioris idyllij.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αλφειὸς μετὰ Πίσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
ἔρχεται εἰς Αρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱραν,
καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι, τὴν δὲ θάλασσαν
νέρθεν ὑποτροχάει, κοὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ.
ἁ δ' οὐκ οἶδε θάλασσα διερχομένου ποταμοῖο.
κῶρος δεινοθέτας, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων,
καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον ἔρως ἐδίδαξε κολυμβῆν.

1. Αλφειός. Alpheus fluuius eſt in Elide Peloponneſi regione, quem Pauſanias lib. 5. tradit occultis meatibus ſubter mare labi, & in Arethuſam Siciliæ fontem deſinere. Qua in re ſequutus eſt Poetarum fabulas, qui Arethuſam venatricē Dianæ comitem fuiſſe tradunt, ab Alpheo adamatam: cui quum

ille vim

*Quantum enim ipsorum aliquis amantem oderat,*
*Tantum & ipsius amans odiosius erat, & patiebatur vindictam.*
*Hæc ego documenta narro ab amore alienis,*
*Diligite amantes, vt si ametis redamemini.*

## EIVSDEM.

*Vesper amabilis aurea lux Veneris,*
*Care vesper cæruleæ noctis imago sacra,*
*Tantùm obscurior Luna, quantùm præstantior astris,*
*Salue dilecte, & mihi ad pastorem comessatum eunti*
*Tu lumen præbeto vice Lunæ: hæc enim*
*Incipiens hodie statim occidet. Non ad furandum*
*Eo, nec vt nocturnum iter facientem inuadam:*
*Sed amo. decet autem amantem simul ab alijs amari.*

## EIVSDEM.

*Alphæus post Pisam vbi mare ingressus est,*
*Procedit in Arethusam aqua fluens oleastros vegetante,*
*Et dona pulchras frondes ferens, floresque & sacrum puluerem.*
*Et profundus in vndis manat, sub mari autem*
*Inferius profluit, nec eius aqua salsugini miscetur.*
*Ceterùm mare non sentit transeuntem fluuium.*
*Sic puer ille grauiter adficiens, mala machinans, ardua docens*
*Cupido, amnem quoque propter amoris vim natare docuit.*

ille vim adhibere pararet, eaque effugere non posset, Dianæ miseratione in fontem sui nominis esse conuersam, occultisque meatibus & per subterraneos cuniculos, ne amatoris vndis pollueretur, in Siciliam vsque fugisse, tandémque in ea parte Syracusanæ vrbis, quę Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse: Alpheúmque amatæ Nymphæ desiderio eòdem esse insequutum. Virg. 3. Aeneid.

*Alpheum*

*——Alpheum fama est huc Elidis amnem*
*Occultas egisse vias subter mare, qui nunc*
*Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.*

## ΒΙΩΝΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ.

### Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος.

Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις,
ὤλετο καλὸς Ἄδωνις, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.
μηκέτι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι Κύπρι κάθευδε·
ἔγρεο δειλαία κυανοστόλε, καὶ πλατάγησον
στήθεα, καὶ λέγε πᾶσιν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.
κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ' ὤρεσι, μηρὸν ὀδόντι
λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπεὶς, καὶ Κύπριν ἀνιῇ,
λεπτὸν ἀποψύχων· τὸ δέ οἱ μέλαν εἴβεται αἷμα
χιονέας κατὰ σαρκός· ὑπ' ὀφρύσι δ' ὄμματα ναρκεῖ,
καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῶ χείλευς· ἀμφὶ δὲ τήνῳ
θνάσκει καὶ τὸ φίλημα, τὸ μή ποτε Κύπρις ἀφήσει.
Κύπριδι μὲν τὸ φίλημα καὶ οὐ ζώοντος ἀρέσκει.
ἀλλ' οὐκ εἶδεν Ἄδωνις, ὅ μιν θνάσκοντ' ἐφίλασεν.
Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.
ἄγριον, ἄγριον ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις.
μεῖζον δ' ἁ Κυθέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος·
κεῖνον μὲν περὶ παῖδα φίλοι κύνες ὠρύσαντο,
καὶ νύμφαι κλαίουσιν ὀρειάδες· ἁ δ' Ἀφροδίτα,
λυσαμένα πλοκαμῖδας, ἀνὰ δρυμοὺς ἀλάληται.
πενθαλέα, νήπλεκτος, ἀσάνδαλος. αἱ δὲ βάτοι νιν
ἐρχομέναν τείροντι, καὶ ἱερὸν αἷμα δρέπονται.
ὀξὺ δὲ κωκύουσα, δι' ἄγκεα μακρὰ φορεῖται,
ἀσσύριον βοόωσα πόσιν, καὶ παῖδα καλεῦσα.
ἀμφὶ δέ μιν μέλαν αἷμα παρ' ὀμφαλὸν ᾐωρεῖτο,
στάθεα δ' ἐκ μηρῶν φοινίσσετο· οἱ δ' ὑπομαζοὶ
χιόνεοι τὸ πάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύροντο.

Αἴ αἴ

Verùm hæc fabulosa esse constat: quum Alphei aquæ nusquã absorbeantur, vt docet Strabo lib. 6. eiúsque ostium manifestè videatur inter Ichthyn promontorium & Haliartum oppidum.

## BIONIS SMYRNAEI IDYLLIA.

### EPITAPHIVM ADONIDIS.

*Deploro Adonidem, interijt pulcher Adonis:*
*Perijt pulcher Adonis, amores vnà plorant.*
*Ne amplius purpureis in vestibus dormias Venus:*
*Surge misera, atra veste induta, & plange*
*Pectora, & dic omnibus: Perijt pulcher Adonis.*
*Deploro Adonidem, Amores vnà plorant.*
*Formosus Adonis in montibus iacet, cui femur dente*
*Candidum candido dente ictum est, & Venerem dolore adficit.*
*Tenuiter spirans: ater verò cruor manat*
*Niueam per carnem: sub superciliјs autem oculi torpent,*
*Et roseus color labrorum fugit: vnáque cum illo*
*Moritur & osculum, quod Venus nunquam relinquet.*
*Nam Veneri osculum, etiam non amplius viuentis, gratum est.*
*Sed Adonis non sensit, quòd ipsum morientem osculata est.*
*Deploro Adonidem, vnà plorant Amores.*
*Atrox atrox vulnus habet in femore Adonis:*
*Maius autem Venus habet in corde vulnus.*
*Circa illum puerum & cari canes luxerunt,*
*Et Nymphæ plorant Oreades: ipsáque Venus*
*Solutis capillis per saltus errat*
*Lugubris, incomta, nudis pedibus, & rubi ipsam*
*Incedentem adfligunt, ac sacrum sanguinem eliciunt.*
*Acuta verò voce eiulans, per longas valles vagatur,*
*Assyrium maritum clamore requirens, & puerum vocans.*
*At circa ipsius vmbilicum ater sanguis altè erumpebat,*
*Et a femore pectus cruentabatur: costarum autem loca*
*Quæ niuea prius erant, nunc sanguine rubebant.*

E     *Ah ah*

Αἴ αἶ τὰν Κοθέρειαν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.
ὤλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνώλεσεν ἱερὸν εἶδος.
Κύπριδι μὲν καλὸν εἶδος, ὅτε ζώεσκεν Ἄδωνις·
κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος, αἶ αἶ.
ὤρεα πάντα λέγοντι καὶ αἱ δρύες, αἶ τὸν Ἄδωνιν·
καὶ ποταμοὶ κλαίουσι τὰ πένθεα τᾶς Ἀφροδίτας,
καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι,
ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθραίνεται. ἁ δὲ Κυθήρη,
πάντας ἀνὰ κναμώς, καὶ ἀνὰ πόλιν, οἰκτρὸν ἀείδει.
Αἴ αἶ τὰν Κυθέρειαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
ἀχὼ δ' ἀντεβόασεν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἔκλαυσεν ἄν· αἶ αἶ.
ὡς ἴδεν, ὡς ἐνόησεν Ἀδώνιδος ἄσχετον ἕλκος,
ὡς ἴδε φοίνιον αἷμα μαραινομένῳ περὶ μηρῷ,
πάχεας ἀμπετάσασα, κινύρετο, μεῖνον Ἄδωνι
δύσποτμε, μεῖνον Ἄδωνι, πανύστατον ὥς σε κιχείω,
ὥς σε περιπτύξω, καὶ χείλεα χείλεσι μίξω.
ἔγρεο τυτθὸν Ἄδωνι, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον,
τοσοῦτόν με φίλασον, ὅσον ζώει τὸ φίλαμα.
ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα, κεἰς ἐμὸν ἧπαρ
πνεῦμα τεὸν ῥεύσει· τὸ δὲ σεῦ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω,
ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα, φίλαμα δὲ τοῦτο φυλάξω,
ὡς αὐτὸν τὸν Ἄδωνιν, ἐπεὶ σύ με δύσμορε φεύγεις.
φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι, καὶ ἔρχεαι εἰς Ἀχέροντα,
καὶ στυγνὸν βασιλῆα καὶ ἄγριον· ἁ δὲ τάλαινα
ζώω· καὶ θεὸς ἐμμί, καὶ οὐ δύναμαί σε διώκειν.
λάμβανε Περσεφόνα τὸν ἐμὸν πόσιν· ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ
πολλὸν ἐμεῦ κρείσσων· τὸ δὲ πάγκαλον, ἐς σὲ καταρρεῖ.
εἰμὶ δ' ἐγὼ πανάποτμος, ἔχω δ' ἀκόρεστον ἀνίαν,
καὶ κλαίω τὸν Ἄδωνιν, ὅ μοι θάνε, καί σε φοβεῦμαι.
θνάσκεις ὦ τριπόθατε· πόθος δέ μοι ὡς ὄναρ ἔπτη.
χήρη δ' ἁ Κυθέρεια, κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' ἔρωτες.
σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε· τί γὰρ τολμηρὲ κυνάγεις.

*Ah ah Venus, vnà plorant Amores:*
*Amisit pulchrum illum virum, vnáque sacram formam amisit.*
*Nam dum vixit Adonis, Veneri præclara forma fuit:*
*Commortua cum Adonide est & forma Veneris, hei hei.*
*Montes omnes & quercus dicunt, Ah Adoni:*
*Et fluuij deflent luctum Veneris:*
*Et fontes Adonidem in montibus deplorant:*
*Flores autem præ dolore ruborem contrahunt: Venus verò*
*Per omnes colles & per vrbem flebiliter canit.*
*Ah ah Venus, perijt pulcher Adonis.*
*Echo repetiuit clamore, Perijt pulcher Adonis.*
*Veneris dirum amorem quis non deploret? Hei hei.*
*Vt vidit, vt cognouit Adonidis intolerabile vulnus,*
*Vt vidit purpureum sanguinem in marcescente femore,*
*Brachia expandens conquesta est: Mane Adoni,*
*Miser mane Adoni, vt te postremùm inueniam,*
*Vt te amplectar, & labra labris misceam.*
*Expergiscere paulisper Adoni, iámque postremò me osculare:*
*Tantillum me osculare, donec viuit osculum:*
*Vsque ab anima in meum os, & in meum iecur*
*Spiritus tuus fluet, & tuum dulcem amorem emulgebo,*
*Atque imbibam amorem, & osculum hoc adseruabo,*
*Tanquam ipsum Adonidem: quando tu me infelix fugis.*
*Fugis longè Adoni, & abis ad Acherontem,*
*Et tristem regem atque immitem. ego verò misera*
*Viuo, & Dea sum, neque te persequi possum.*
*Accipe Proserpina virum meum. nam tu es (uoluitur.*
*Longè me potentior: & quidquid pulchrum est, ad te & Plutonem de=*
*Sum autem ego valde infelix, & inexhausto dolore conficior,*
*Deplorans Adonidem, quòd extinctus est, teque timeo. (lauit.*
*Siccine moreris, ô desideratissime? amor autem quasi somniũ mihi auo=*
*At Venus iam vidua est, & Amores in domo inanes sunt.*
*At tecum vnà & cestus perijt. quid enim temerarie venabaris?*

καλὸς ἐὼν τοσοῦτον, ἐμήνας θηρσὶ παλαίειν;
ὧδ' ὀλοφύρατο Κύπρις, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.
Αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν. ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
δάκρυον ἁ Παφίη τόσσον ἐγχέει, ὅσσον Ἄδωνις
αἷμα χέει· τὰ δὲ πάντα, ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη.
αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.
Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο Κύπρι.
ἔστ' ἀγαθὰ στιβὰς, ἔστιν Ἀδώνιδι στιβὰς ἑτοίμα·
λέκτρον ἔχει Κυθέρεια τὸ σὸν τόδε, νεκρὸς Ἄδωνις·
καὶ νέκυς ὢν καλός ἐστι, καλὸς νέκυς, οἷα καθεύδων.
κάτθεο, καὶ μαλακοῖς ἐνὶ φάρεσιν οἷς ἐνιαύεν,
τοῖς μετὰ σεῦ ἀνὰ νύκτα τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμόχθει,
παγχρυσέῳ κλιντῆρι· πόθει καὶ στυγνὸν Ἄδωνιν.
βάλλε δ' ἐνὶ στεφάνοισι καὶ ἄνθεσι πάντα σὺν αὐτῷ.
ὡς τῆνος τέθνακε καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.
ῥαῖνε δέ μιν μύροισιν ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισι·
ὀλλύσθω μύρα πάντα, τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις.
κέκλιται ἁβρὸς Ἄδωνις ἐν εἵμασι πορφυρέοισιν·
ἀμφὶ δέ μιν κλαίοντες ἀναστενάχουσιν ἔρωτες,
κειράμενοι χαίτας ἐπ' Ἀδώνιδι· χὢ μὲν, ὀϊστώς·
ὃς δ', ἐπὶ τόξον ἔβαιν'· ὃς δ' εὔπτερον ἆγε φαρέτρην.
χὢ μὲν, ἔλυσε πέδιλον Ἀδώνιδος· ὃς δὲ, λέβησι
χρυσείοις φορέησιν ὕδωρ· ὃ δὲ, μηρία λούει·
ὃς δ', ὄπιθεν πτερύγεσσιν ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν.
Αὐτὰν τὰν Κυθέρειαν ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.
ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς ὑμέναιος,
καὶ στέφος ἐξεπέτασε γαμήλιον· οὐκέτι δ' ὑμὰν,
ὑμὰν οὐκέτ' ἀειδόμενον μέλος ᾄδεται, αἲ αἲ.
αἲ αἲ καὶ τὸν Ἄδωνιν, ἔτι πλέον αἲ ὑμέναιον.
αἱ χάριτες κλαίοντι τὸν υἱέα τῶ Κινύραο,
ὤλετο καλὸς Ἄδωνις, ἐν ἀλλήλαισι λέγοισαι,
αὖται δ' ὀξὺ λέγοντι πολὺ πλέον ἢ τὺ Διώνα.

καὶ

*Quum adeò pulcher esses: cur cum feris congredi ausus eras?*
*Sic lugebat Venus, Amores vnà lugebant:*
*Væ væ Veneri, interijt pulcher Adonis.*
*Lacrymarum tantum Venus effundit, quantum Adonis*
*Sanguinis fundit. Hæc verò omnia in terra conuertuntur in flores.*
*Sanguis rosam gignit, sed lacrymæ Anemonen.*
*Deploro Adonidem, interijt pulcher Adonis.*
*Ne in siluis amplius virum deplora ò Venus.*
*Est rectè instructus thorus, est Adonidi thorus paratus.*
*Tuum ò Venus hunc lectulum tenet Adonis.* (miens.
*Et quanuis mortuus, attamen pulcher est: pulcher mortuus, quasi dor*
*Decumbe, & in mollibus vestibus vnà cum eo cuba,*
*In quibus tecum per noctem sacrum somnum capiebat,*
*In aurea culcitra: miserumque require Adonidem.*
*Et sparge inter coronas & flores omnia cum eo.*
*Vt enim ille mortuus est, flores omnes contabuerunt.*
*Riga autem ipsum odoratis vnguentis: riga vnguentis.*
*Pereant vnguenta omnia, tuum vnguentum perijt Adonis.*
*Recubat tener Adonis purpureis in vestibus:*
*Circa eum lugent cum gemitu Amores,*
*Tonsi capillos propter Adonidem: & hic quidem sagittas,*
*Ille verò arcum calcat, alius volucrem trahit pharetram,*
*Alius calceamentum Adonidis soluit, alius lebetibus*
*Aureis fert aquam, alius femur lauat,*
*Alius retrò alis fouet Adonidem.*
*Ipsam Cythercam deplorant Amores.*
*Extinxit totam facem in limine Hymenæus,*
*Et coronam nuptialem expandit: non amplius Hymen,*
*Hymen non amplius cantilena est, sed cantatur Ah ah.*
*Ah ah propter Adonidem, & adhuc magis Ah propter hymenæum,*
*Charites deplorant filium Cinyræ,*
*Inter se dicentes, Perijt pulcher Adonis:*
*Et id voce acutiore dicunt, quàm tu Dione.*

καὶ μοῖραι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν Ἄδωνιν,
καί μιν ἐπαείδουσιν· ὁ δ᾽ ἤ, σφισὶν οὐκ ἐπακούει,
οὐ μὰν, οὐκ ἐθέλει· κώρα δέ μιν οὐκ ἀπολύει.
λῆγε γόων Κυθέρεια, τοσήμερον ἴσχεο κώμων·
δεῖ σε πάλιν κλαῦσαι, πάλιν εἰς ἔτος ἄλλο δακρῦσαι.

Quanquam hoc idyllium inter Theocriti bucolica vulgò referatur, Camerarius tamen tribuit Bioni. Scripſit autẽ Theocritus aliud idyllium in mortuũ Adonin verſu Anacreontio, quod propter elegãtiam lectu digniſſimum eſt. Per Adonidis immaturum & pręcipitem interitum ſignificatur, voluptatem & gaudia huius mundi, & quidquid denique dulce videtur in hac vita, momentaneum ac fugax eſſe, atque, vt ille inquit, ὡς ἐν ὀνείρῳ. vide prouerbium, Adonidis horti, in Chiliadibus Eraſmi, & Ouid. 10. Metamorph. 22. καὶ ἱερὸν αἷμα δρέπονται, id eſt pungunt eam vt ſanguis inde fluat. 24. Ἀσσύριον πόσιν. Periphraſis eſt Adonidis Cinyræ filij: quem alij Cypri & Arabum, alij Aſſyriorum regem fuiſſe dicunt. 37. αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν. Alludit ad ritum feſti. talia enim a mulieribus tunc vbique cantari ſolebant. 47. κεῖς ἐμὸν ἧπαρ. Creditum eſt in hepate ſedem amoris eſſe, quòd ibi eſt officina ſanguinis, vnde

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος ἐν ἄλσει δενδράεντι
ὄρνεα θηρεύων, τὸν ἀπότροπον εἶδεν ἔρωτα
ἑσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον. ὡς δ᾽ ἐνόασε,
χαίρων ὥνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ,
τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ᾽ ἀλλάλοισι συνάπτων,
τᾷ καὶ τᾷ τὸν ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευεν.
χ᾽ ὢ παῖς ἀσχαλάων, ἕνεχ᾽ οἱ τέλος οὐδὲν ἀπάντη,
τὼς καλάμως ῥίψας, ποτ᾽ ἀροτρέα πρέσβυν ἵκανεν,
ὅς νιν τάνδε τέχναν ἐδιδάξατο, καὶ λέγεν αὐτῷ,
καί οἱ δεῖξεν ἔρωτα καθήμενον· αὐτὰρ ὁ πρέσβυς

μειδιάων

*Et Parcæ Adonidem deplorant, Adonidem*
*Et ipsum cantu reuocant. at ille non exaudit:*
*Non sanè, neque vult, Proserpina ipsum non dimittit.*
*Finem facito Cytherea lugendi, & hodie abstine a conuiuijs:*
*Nam te rursum lugere oportet, atq; in alium annum lacrymas fundere.*

nis, vnde materia seminis oritur. Testantur hoc antiqui versiculi, quos citat Gordonius,

*Cor sapit, & pulmo loquitur, fel commouet iras,*
*Splen ridere facit, cogit amare iecur.*

58. πόθος δὲ μοιῶς ὄναρ ἔπῃ. Noëma. talia enim sunt quæ in hoc mundo valde dulcia videntur. 74. παγχρύσῳ κλιντῆρι. Sic enim solent amantes. Ouid.

*Hic fuit, hîc iacuit, thalamo requieuimus isto,*
*Hic mihi lasciua gaudia nocte dedit.*

76. καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη. In illa pōpa coronas & flores spargebant, significantes sic fluere ac perire humanas voluptates. Virg. *Collige virgo rosas, dum flos nouus, & noua pubes:*
*Et memor esto æuum sic properare tuum.*

91. τὸν υἱέα τῶ Κινύραο. Vide Ouid. lib. 10. Metamor. de Myrrhæ amore erga patrem Cinyram, vnde natus Adonis. 98. πάλιν εἰς ἔτος ἄλλο δακρῦσαι. Quia annua hæc festa erant, & singulis annis querela renouabatur.

## EIVSDEM.

*Adolescens olim auceps in nemore arboribus denso*
*Dum venatur aues, fugitiuum vidit Amorem*
*Buxi ramo insidentem. vt igitur animaduertit,*
*Gaudens (quoniam auis ei permagna videbatur)*
*Et calamos simul omnes inter se coniungens,*
*Huc illuc transilientem obseruabat Amorem.*
*Tandem verò puer indignatus, quia nihil proficiebat,*
*Abiectis arundinibus senem adijt aratorem,*
*A quo hanc artem didicerat, eique rem narrauit,*
*Et sedentem ostendit Amorem. Porrò senex*

*Subridens*

μεδιόων κίνησε κάρη, καὶ ἀμείβετο παῖδα.
φείδεο τὰν θήραν, μηδ' ἐς τόδε τ' ὄρνεον ἔρχευ.
φεῦγε μακράν· κακόν ἐντι τὸ θηρίον· ὄλβιος ἐσσῇ
εἰσόκα μή μιν ἕλῃς· ἢν δ' ἀνέρος ἐς μέτρον ἔλθῃς,
οὗτος ὁ νῦν φεύγων καὶ ἐπάλμενος, αὐτὸς ἀφ' αὐτῷ
ἐλθὼν ἐξαπίνας, κεφαλὰν ἐπὶ σεῖο καθιξεῖ.

3. ἑσδόμενον. Doricum pro ἑζόμενον.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Α μεγάλα μοι Κύπρις ἔθ' ὑπνώοντι παρέσα,
νηπίαχον τὸν ἔρωτα καλᾶς ἐκ χειρὸς ἄγοισα,
ἐς χθόνα νευστάζοντα, τόσον δέ μοι ἔφρασε μῦθον·
μέλπειν μοι φίλε βοῦτα λαβὼν τὸν ἔρωτα δίδασκε.
ὡς λέγε. χ' ἃ μὲν ἀπῆλθεν· ἐγὼ δ' ὅσα βουκολιάσδον,
νήπιος, ὡς ἐθέλοντα μαθεῖν τὸν ἔρωτα διδάσκον,
ὡς εὗρε πλαγίαυλον ὁ Πὰν, ὡς αὐλὸν Αθάνα,
ὡς χέλυν Ερμάων, κίθαριν δ' ὡς ἁδὺς Απόλλων.
ταῦτά μιν ἐξεδίδασκον· ὃ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων,
ἀλλά μοι αὐτὸς ἄειδεν ἐρώτυλα, καί μ' ἐδίδασκε
θνατῶν ἀθανάτων τε πόθους, καὶ ματέρος ἔργα.
κἠγὼν ἐκλαθόμαν μὲν ὅσων τὸν ἔρωτα δίδασκον,
ὅσσα δ' ἔρως μ' ἐδίδασκεν ἐρώτυλα, πάντ' ἐδιδάχθην.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ταὶ Μοῖσαι τὸν ἔρωτα τὸν ἄγριον οὐ φοβέουσαι,
ἐκ θυμῶ φιλέοντι, καὶ ἐκ ποδὸς αὐτῷ ἕπονται.
κ' ἢν μὲν ἄρα ψυχάν τις ἔχων ἀγέραστον, ἀείδῃ,
τῆνον ὑπεκφεύγοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι διδάσκειν.
ἢν δὲ νόον τῷ ἔρωτι δονεύμενος ἁδὺ μελίσδῃ,
ἐς τῆνον μάλα πᾶσαι ἐπειγόμεναι προρέοντι.
μάρτυς ἐγὼν ὅτι μῦθος ὅδ' ἔπλετο πᾶσιν ἀληθής.
ἢν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθάνατόν τινα μέλπω,
καμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτι ἀείδει.

ἢν δ' αὖτ'

*Subridens mouit caput, & respondit puero:*
*Abstine venatione, nec istam auem insequitor.*
*Fuge procul: mala est hæc bestia: tuque beatus*
*Dum non ceperis ipsam: sed quum in virum euaseris,*
*Ille qui nunc fugit & resilit, ipse sua sponte*
*Accedens subitò capiti tuo insidebit.*

## EIVSDEM.

*Magna mihi Venus adhuc dormienti adstitit,*
*Infantem amorem pulchra manu ducens*
*In terram nutantem, ac his me verbis affata est:*
*En tibi care bubulce Cupidinem, vt eum canere doceas.*
*Sic loquuta abijt: Ego autem mea pastoralia carmina*
*Stultus, tanquam discere volentem Cupidinem docebam:*
*Quomodo fistulam obliquam Pan inuenerit, Minerua tibiam,*
*Testudinem Mercurius, & citharam dulcis Apollo.*
*Hæc ipsum edocebam, nihil curantem mea carmina.*
*At ipse mihi canebat amatoria, meque docebat*
*Mortalium & immortalium ignes, & genitricis suæ opera.*
*Tum ego oblitus illorum quæ Cupidinem docueram,*
*Quæcunque me docuit Cupido amatoria cuncta didici.*

## EIVSDEM.

*Musæ amorem non metuunt crudelem,*
*Quin amant ex animo, & vestigia sequuntur eius.*
*Quòd si quis ingenio præditus inamabili cantet,*
*Illum refugiunt, & docere nolunt.*
*At si amore captum gerens animum suauiter cecinerit,*
*Ad ipsum simul omnes festinæ confluunt.*
*Quòd autem hic sermo planè verus sit, ego testis sum.*
*Nam si hominum quempiam aut immortalium carmine celebro,*
*Cessat mea lingua, nec vt ante solebat, canit.*

ἦν δ' αὖτ' ἐς τὸν ἔρωτα καὶ ἐς Λυκίδαν τι μελίσδω,
καὶ τόκα μοι χαίροισα διὰ στόματος ῥέει ᾠδά.

3. ψυχάν τις ἔχων ἀνέραστον, ἀείδῃ. Sic legit Henr. Stephanus, nam quorsum, inquit, ὀπηδῇ?

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἴ μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια, καὶ τάδε μοῦνα
κῦδος ἐμοὶ θήσοντι τά μοι πάρος ὤπασε μοῖρα.
εἰ δ' οὐχ ἀδέα ταῦτα, τί μοι πολὺ πλείονα μοχθεῖν.
εἰ μὲν γὰρ βιότῳ διπλόον χρόνον ἄμμιν ἔδωκεν
ἢ Κρονίδας, ἢ μοῖρα πολύτροπος, ὥστ' ἀνύεσθαι
τὸν μὲν ἐς εὐφροσύναν καὶ χάρματα, τὸν δ' ἐνὶ μόχθῳ,
ἦν τάχα μοχθήσαντι ποθ' ὕστερον ἐσθλὰ δέχεσθαι.
εἰ δὲ θεοὶ κατένευσαν ἕνα χρόνον ἐς βίον ἐλθεῖν
ἀνθρώποις, καὶ τόνδε βραχὺν καὶ μήονα πάντων,
ἐς πόσον ἆ δειλοὶ καμάτως κ' εἰς ἔργα πονεῦμες;
ψυχὰν δ' ἄχρι τίνος ποτὶ κέρδεα, καὶ ποτὶ τέχνας
βάλλομες, ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλήονος ὄλβω;
λαθόμεθ' ἦ ἄρα πάντες ὅτι θνατοὶ γενόμεσθα,
χ' ὡς βραχὺν ἐκ μοίρας λάχομεν χρόνον.——

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὐτὰρ ἐγὼν βᾶς εὖ, καὶ ἐμὰν ὁδὸν, ἐς τὸ κάταντες
τῆνο, ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ ἠϊόνα ψιθυρίσδω,
λισσόμενος Γαλάτειαν ἀπηνέα· τὰς δὲ γλυκείας
ἐλπίδας ὑστατίω μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψειν.

4. ἀπολείψειν. Gesnerus mauult ἀπολείψω.

## ΦΑΝΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἢ ὡς Οἰάγροιο πάϊς Θρηϊκίου Ὀρφεὺς
ἐκ θυμοῦ Κάλαϊν στέρξε Βορηϊάδην,

*Rursum quum in Amorem vel in Lycidam aliquid modulor,*
*Tunc mihi lætum ore carmen profluit.*

## EIVSDEM FRAGMENTVM.

*Si pulchra mea sunt carmina, vel illa sola*
*Gloriam mihi adferent quæ iam antea mihi fatum dedit.*
*Sin illa non probantur, quid est quod amplius laborem?*
*Nam si nobis viuendi duo tempora dedisset*
*Siue Iupiter, siue Parca versuta, ita vt ageretur*
*Alterum cum lætitia & gaudio, alterum in labore:*
*Liceret post labores aliquando bonis frui.*
*Si verò dij vnum duntaxat tempus viuendi annuerunt*
*Hominibus, idque breue & perquam angustum,*
*Quàm diu vah miseri labores & opera insumimus?*
*Quousque animum ad lucra & artes*
*Applicamus, semper desiderando multo maiores opes?*
*Omnes sanè obliti sumus, mortales nos esse natos,*
*Et breue tempus fato nobis concessum.*

## EIVSDEM ALIVD fragmentum.

*At ego bene procedens, meúmque iter, in loco decliui*
*Isto, apud arenam & litus susurro,*
*Duram obsecrans Galateam: dulcem verò*
*Spem ad extremam vsque senectutem non relinquam.*

## PHANOCLIS ELEGIA.

VT *Orpheus Oeagri Thracij filius*
*Ex animo Calaïn Boreæ gnatum amauit,*

πολλάκι δὲ σκιεροῖσιν ἐν ἄλσεσιν ἕζετ' ἀείδων
ὃν πόθον, οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ.
ἀλλ' αἰεί μιν ἄγρυπνοι ὑπὸ ψυχῇ μελεδῶνες
ἔτρυχον, θαλερὸν δερκόμενον Κάλαϊν.
τὸν μὲν Βιστονίδες κακομήχανοι ἀμφιχυθεῖσαι
ἔκτανον, εὐμήκη φάσγανα θηξάμεναι,
οὕνεκα πρῶτον ἔδειξεν ἐνὶ Θρήκεσσιν ἔρωτας
ἄῤῥενας, οὐδὲ πόθους ᾔνεσε θηλυτέρων.
τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλὴν χαλκῷ τάμον, αὐτίκα δ' αὐτὴν
εἰς ἅλα Θρηϊκίην ῥίψαν ὁμοῦ χέλυϊ,
ἥλῳ καρτύνασαι, ἵν' ἐμφορέοιντο θαλάσσῃ
ἄμφω ἅμα, γλαυκοῖς τεγγόμεναι ῥοθίοις.
τὰς δ' ἱερῇ Λέσβῳ πολιὴ ἐπέκελσε θάλασσα·
ἠχὴ δ' ὡς λιγυρῆς πόντον ἐπέσχε λύρης,
νήσους τ', αἰγιαλούς θ' ἁλιμυρέας. ἔνθα λίγειαν
ἀνέρες ὀρφείην ἐκτέρισαν κεφαλήν.
ἐν δὲ χέλυν τύμβῳ λιγυρὴν θέσαν, ἣ καὶ ἀναύδους
πέτρας, καὶ Φόρκου στυγνὸν ἔπειθεν ὕδωρ.
ἐκ κείνου μολπαί τε, καὶ ἱμερτὴ κιθαριστὺς
νῆσον ἔχει· πασέων τ' ἐστὶν ἀοιδοτάτη.
Θρῆκες δ' ὡς ἐδάησαν ἀρήϊα ἔργα γυναικῶν
ἄγρια, καὶ πάντας δεινὸν ἐσῆλθεν ἄχος,
ἃς ἀλόχους ἔστιζον, ἵν' ἐν χροῒ σήματ' ἔχουσαι
κυάνεα, στυγεροῦ μὴ λελάθοιντο φόνου.
ποινὰς δ' Ορφῆϊ κταμένῳ, στίζουσι γυναῖκας
εἰς ἔτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

7. Βιστονίδες, id est Thraciæ mulieres, quas Ouid. Bacchas & Mænades, alij Thyades & Bassarides appellant. Quomodo autem a Bacchis Orpheus decerptus sit, graphicè in ipso statim initio vndecimi Metamorph. depingit Ouid. 8. εὐμήκη. alias εὐήκη. Apollonius quoque 2. Argonaut. εὐήκεα φάσγανα vocat, id est bene acutos gladios. 9. οὕνεκα πρῶτον ἔδειξεν,

Hunc

*Sæpius in ſiluis ſedit cantans opacis*
*Suum amorem, nec animus ei tranquillus erat.*
*Sed perpetuò ipſum vigiles in pectore curæ*
*Torquebant, tenerum videntem Calaïn.*
*Ceterùm Biſtonides mala ei molientes circumfuſæ*
*Interfecerunt, quum enſes oblongos acuiſſent,*
*Quoniam primus oſtenderat inter Thraces amorem*
*Maſculum, neque Venerem approbauerat mulierum.*
*Amputarunt igitur eius caput, idque ſtatim*
*Vnà cum teſtudine in mare Thracium abiecerunt,*
*Clauo adfigentes, vt per mare veherentur*
*Ambo ſimul, glaucis madida vndis.*
*Canum verò mare illa ad Lesbum admouit ſacram.*
*Edebatur autem per mare ſonus veluti argutæ lyræ,*
*Per inſulas, & litora ſalſa. Ibi vocale*
*Orphei caput ſepelierunt viri.*
*Et teſtudinem quoque in tumulo poſuerunt argutam, quæ etiam mutas*
*Petras, & Orci triſtem aquam perſuaſione mulcebat.*
*Poſt illud tempus & cantilenæ, & iucundus citharæ luſus*
*Inſulam occupat, quæ omniũ maximè Muſicis artibus oblectatur.*
*Porrò Thraces vt reſciuerunt Martia facta mulierum*
*Sæua, & cunctos grauis inuaſit triſtitia,*
*Suas vxores pungebant, vt in corpore ſigna gerentes*
*Liuida, diræ cædis non obliuiſcerentur.* *(mulieribus*
*Quinetiam ad ſumendum pœnas pro Orpheo occiſo, ſtigmata infligunt*
*Adhuc hodie, propter illud flagitium.*

Hunc locum expreſſit Ouid. 10. Metamorph.
*Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum*
*Finierat Titan, omnemque refugerat Orpheus*
*Femineam Venerem, ſeu quòd malè ceſſerat illi,*
*Siue fidem dederat: multas tamen ardor habebat*
*Iungere ſe vati, multæ doluere repulſæ.*

*Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem*
*In teneros transferre mares, citráque iuuentam*
*Ætatis breue ver, & primos carpere flores.*

11. αὐτίκα δ' αὐτήν. Sic fortè legendum. nam ὑπλω nihili verbum est. 20. ςυγνὸν, alij legunt πιχρόν. 22. νῆσον, scilicet Lesbum. nam ex hac Pittacus Mitylenæus vnus ex septem Grę ciæ sapientibus: item Alcæus, Sappho, Theophrastus philosophus, & alij viri scientia clarissimi orti fuere. Hinc Horat. *Lesboum refugit tendere barbiton.* 23. ἀγρία. alij ἀγρῖοι, id est Martij, vt referatur ad Thraces, quæ gens erat aspera bello.

# MOSCHI ET BIONIS IDYLLIA LATINO CARMINE REDDITA.

## *MOSCHI AMOR FVGITIVVS, interprete Angelo Politiano.*

*QVVM Venus intento natum clamore vocaret,*
*Si quisquam in triuijs errantem vidit Amorem,*
*Hic fugitiuus, ait, meus est, pretium feret index*
*Basiolum Veneris. quòd si ad me duxeris illum,*
*Non simplex dabo basiolum, plus hospes habebis.*
*Insignis puer est, totam ac cognosce figuram:*
*Corpore non niueus, verùm ignem imitatur. ocelli*
*Acres, flammeoli, mala mens, suauissima verba.*
*Quod loquitur non sentit idem, vox mellea, sed quum*
*Ira inflammatur, tum mens illi effera. fallax,*
*Fraudator, mendax, ludit crudele puellus.*
*Crispulus est illi vertex, faciesque proterua,*
*Exiguæque manus. procul autem spicula torquet.*
*Torquet in vmbriferúmque Acheronta, & regna silentum.*
*Membra quidem nudus, mentem velatus, auisque*

*More*

*More citans pennas, nunc hos, nunc aduolat illos,*
*Sæpe viri pressans præcordia, sæpe puellæ.*
*Arcum habet exiguum, super arcu imposta sagitta est.*
*Parua sagitta quidem, sed cælum fertur adusque.*
*Parua pharetra olli dependet & aurea tergo.*
*Sunt & amari intus calami, quibus ille proteruus*
*Me quoque sæpe ferit matrem: sunt omnia sæua,*
*Omnia, seque ipsum multo quoque sæuius angit.*
*Paruula fax olli, sed & ipsum Hyperiona vincit.*
*Verbere si prendes, age, ne miserare puellum.*
*Si flentem adspicias, ne mox fallare caueto.*
*Sin arridebit, magis attrahe: & oscula si fors*
*Ferre volet, fugito: sunt oscula noxia, in ipsis*
*Sunt venena labris. Si fors ita dixerit, heus tu*
*Accipe, nempe tibi cuncta hæc mea largior arma:*
*Nequicquam attigeris fallacia munera Amoris.*
*Omnia nanque igni sunt infecta illius arma,*

## EIVSDEM MEGARA VXOR HERCVLIS,
*interprete Helio Eobano Hesso.*

*Quid curis adeò te nunc mea mater acerbis*
*Affligis? magnoque animum mœrore dolentem*
*Conficis? & tua non vllus iam tempore longo*
*Inficit ora rubor, sed vultu marcida palles?*
*Nempe malis premitur clarissimus ille tuorum*
*Filius, & requiem non inuenit ærumnarum*
*Rege sub ignauo, tanquam si fortè leonis*
*Seruiat imbelli generosa ferocia ceruo.*
*Heu cur me tantis cælestia numina diuûm*
*Affecere malis? cur me genuere parentes*
*In tam viuacem crudelia fata futuram?*
*O ego non felix, quando non illa merentis*
*Iuuenere viri thalamum mala, cuius honorem*

*Tam*

*Tam colui, quanti carißima lumina feci,*
*Quem quoque nunc animo venerorq́ue coloq́ue fideli,*
*Quo neque viuentum quiſquam contemtior vnquam*
*Extiterit, neque qui tantos perferre labores*
*Aut poterit tales inuicto pectore curas.*
*Infelix qui, quas vel ei dedit auctor Apollo*
*Vel mala Parcarum vel Erinnyos impia turba,*
*Occidit grauibus ſua pignora cara ſagittis:*
*Perditus atque furens animo per tota vagatus*
*Limina, cæde replens & cæſis omnia natis,*
*Quos oculis vidi ipſa meis à patre peremtos*
*Infelix. nam quiſquam alius non talia vidit,*
*Ne per viſa quidem tacitæ nocturna quietis:*
*Nec tamen auxilio me ſæpe vocantibus ipſis*
*Mater eram, nec erant vires mihi tale potentes.*
*Nanque aderat fatale malum, vinciq́ue negatum.*
*Paruula ceu verò volucris triſtatur, vbi illi*
*Implumes pereunt pulli, quos improbus anguis*
*Vepribus in denſis rapiens vorat ore cruento:*
*Quos ſupra querulum ſtridens volat anxia mater,*
*Nec tamen auxilij quicquam pereuntibus affert,*
*Nam pauet, & ſæuum propius timet ire draconem:*
*Sic ego quæ pariens ſum facta miſerrima mater,*
*Dilectos lugens quondam mea pignora natos,*
*Per mea non ſano currens pede tecta vagabar.*
*Atque vtinam triſti confixa ſub hepate dirum*
*Ipſa experta forem telum, natisq́ue peremtis*
*Mortua ſim ſimul ex illo confecta veneno.*
*Cynthia femineis numen venerabile turbis,*
*Sic poterant cari tibi nos fleuiſſe parentes,*
*Plurimaque in manibus funebria dona ferentes,*
*Impoſuiſſe pyris æqualibus, oſſaque eodem*
*Mandaſſent tumulo, quacunque in parte ſepultis.*

*Nunc*

*Nunc pueris fœcunda colunt hi mœnia Thebas,*
*Possessa Aonij perarantes pinguia campi,*
*Verùm ego Tirynthe sterili Iunonis in vrbe*
*Pluribus infelix cor fracta laboribus angor.*
*Nec variat fortuna modum mihi sæua malorum,*
*Nec lacrymis requies nunquam cessantibus vlla est,*
*Quoque virum videam vix temporis hora pusilli est:*
*Aedibus in nostris etenim numerosa laborum*
*Otia vertentes, terraque marique superbis*
*Viribus affligit saxo vehementior omni,*
*Durior & ferro pectusque animumque ferocem,*
*Ac tu non aliter quàm si de flumine pleno*
*Stillet aquæ riuus, noctesque diesque profusis*
*Fletibus indulges. sed enim nec qui mea præsens*
*Vulnera soletur quisquam est affinis amicus.*
*Non etenim mecum nunc tecta domestica seruant.*
*Verùm omnes nemorosa vltra prædiuitis Isthmi*
*Regna colunt, nec adest quisquam mihi cui mea curæ*
*Sint mala, qui placida soletur voce relictam.*
*Sola ego cunctarum sum facta miserrima matrum.*
*Sed quæ sola meos potuit lenire dolores,*
*Et quadam tenus est animo leuis aura iacenti*
*Pyrrha soror, sed & ipsa sui nunc ægra mariti*
*Flet super Iphiclo nato tibi & hoc quoque, nam te*
*Mortalique deoque viris peperisse putarim,*
*Natos per totum miseros magis omnibus orbem.*
*Hactenus illa quidem querulo sermone profata est,*
*Et simul vndanti demisit lumine guttas,*
*Plus pomis viridi lectis de fronde recentes,*
*Dum memor infelix natorum est atque parentum.*
*Haud aliter lacrymis humectans ora genasque*
*Constitit Alcmene, & suspiria tristia ducens,*
*Sic affata nurum verbis prudentibus infit.*

*O nimis infelix aduerso filia fato,*
*Quid venit in mentem res hæc tibi? tristibus ambas*
*Quid vemones lacrymis, miseros dum mente labores*
*Enumeras memori, quos iam defleuimus olim?*
*Num satis hæc tolerasse fuit, si sola fuissent?*
*Nunc mala continuò crescunt, nunc nulla dierum*
*Non aliquid nostris lugubre doloribus addit,*
*Et luctus vehementer amans queat ille videri,*
*Qui nostri studeat titulos numerare doloris.*
*Fide animo, non hæc sumus ex Ioue fata supremo*
*Sortitæ: sed enim te fine carente laborum*
*Inuolui cumulo video mea filia: verum*
*Ipsa tuo possum facilè ignouisse dolori,*
*Quum nulla inuitent satiatam gaudia mentem*
*Amplius, & nunc te suprà quàm credere possis*
*Lugeo, & ex animo miseror, quia te quoque nostri*
*Participem fieri voluit sors improba fati.*
*Et quæ triste grauant nostrum caput ærumnarum*
*Numina Persephones Acherusia testor, & ipsam*
*Spiciferis Cererem redimitam tempora sertis,*
*(Quas prudens aliquis nostris ex hostibus optem*
*Peieret, vt magno luat hæc periuria damno)*
*Non minus esse mihi caram, nec peius amari*
*Quàm si te proprio peperissem sanguine, quàm si*
*Sola domi superes, atque vnica filia nostræ.*
*Quod te non dubiè meminisse fatebere: quare*
*Ne te deliciæ nostræ, dulcisque voluptas,*
*Hac mihi neglectam tam dura sorte queraris.*
*Non si vel grauiora fleam, vel largius atris*
*Pulchricomæ Niobes lacrymis, nec plurima lugens*
*In mala deiectum genitrix, vt nos quoque natum*
*Ex vlla penitus reprehendi parte meretur.*
*Ipsa quidem longos menses bis quinque peregi,*

*Grande*

*Grande laboranti pondus sub pectore gestans,*
*Ipsum qui Stygij me penè subire coëgit*
*Præualidas portas, & ferrea limina Ditis,*
*Talia támque grauis tolerantem incommoda partus:*
*Nunc tamen externo mihi perditus ille sub orbe,*
*Forsitan ad sæui pergens certamina Martis*
*In noua bella ruit, nec adhuc rationibus vllis*
*Auguror infelix num sit rediturus, & ipsum*
*Exceptura ego sim, vel an hoc quoque fata negarint.*
*Nunc quoque me terrent quæ tristia somnia vidi,*
*Nuper quum placidæ demisi membra quieti,*
*Quàm metuo, ne triste aliquid portendere nobis*
*Visa horrenda velint: mihi enim sub nocte silenti*
*Adstitit attritum retinens vtraque ligonem,*
*Herculis inuicti virtus illa inclyta, tanquam*
*Agricola, aut magno conductus munere fossor*
*Ingentem viridi fossam facturus in agro,*
*Nudus & inuestis, nec amictus, vt antè, virili*
*Corpus erat tunica, neque crassæ tegmine lenæ.*
*Postquam ceu valido cui cincta est vinea vallo*
*Imposito totum confecit fine laborem,*
*Ferrato innitens excelso pectore telo,*
*Iam sumturus erat, quos antè solebat, amictus,*
*Quum subitò emicuit rapidæ vis ignea flammæ*
*Pro magnæ tumulo cæcaque voragine fossæ,*
*Iámque furens immensus & insedabilis ignis,*
*Ante ipsum iuxtaque & in ipsius ora ruebat.*
*Ille quidem pedibus semper velocibus vsus*
*Dirum Vulcani promta virtute furorem*
*Vitabat, cedénsque retro, sua membra ligone*
*Non secus ac scuto defensans: denique circum*
*Omnia lustrabat, huc illuc lumina versans,*
*Impia pugnantem ne flamma prehenderet ipsum,*

 *Cui dum*

*Cui dum subsidio, nisi vana insomnia vidi,*
*Magnanimus venit Iphiclus, procumbere terræ*
*Visus erat labens, nec posse resurgere rectus,*
*Sed miser immotus iacuit ceu debilis æuo*
*Decrescente senex, quem viribus inuida magnis*
*Inuitum populatur & opprimit ægra senectus.*
*Stratus humi iaceat, donec quis prætereuntum*
*Subleuet exhibeatque manum, sic ipse iacebat*
*Scutifer Iphiclus, latera ægre ignauia versans.*
*Ipsa videns natos cassos ope, denique flebam,*
*Donec nostra leuis dissoluit lumina somnus,*
*Et rubicunda diem veniens aurora reduxit.*
*Talia per tacitæ quæ vidi insomnia noctis*
*Excubias: quæ cuncta, precor, vertantur in ipsum*
*Eurystheum genere a nostro: sed fiet & illi.*
*Maximus hic vates animus meus omnia diui*
*Sic, & non alia ducant ratione fauentes.*

## EIVSDEM EPITAPHIVM BIONIS, interprete Eobano Hesso.

*Tristia lugentes suspiria ducite siluæ,*
*Nunc mihi Sicelides, & amaræ Doridos vndæ*
*Flumina, nunc deflete peremtum morte Biona,*
*Nunc tristes plantæ lacrymarum fundite guttas,*
*Nunc nemora & saltus miseris vlulate querelis,*
*Tristibus ô mœsti flores spirate corymbis,*
*Nunc lugubre rosæ rubeant, nunc triste papauer,*
*Nunc hyacinthe sonet tua littera, scilicet ai ai.*
*Non tamen hoc satis est ai ai: plus ergo loquatur,*
*Litterulasque velis folijs inscribere plures:*
*Occidit indigna confectus morte poeta.*

Dicite

*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ,*
*Strimonij nunc flete ad aquas lugubria cygni,*
*Clangite flebilibus funebria carmina collis,*
*Qualem de vestris labris dedit ipse canorem,*
*Quale melos cecinit per stagna Ocagria Nymphis.*
*Dicite, Bistonijsque palàm narrate puellis:*
*Interijt fato crudeli Doricus Orpheus.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Quem pecus omne cupit, quem grex desiderat omnis,*
*Non canit amplius ille, sub arboribus desertis*
*Non sedet amplius ille canens, sed Ditis in aula*
*Immemores hymnos, & longa obliuia cantat.*
*Nunc omnes muti scopulosa cacumina montes,*
*Omnia nunc armenta tacent, taurique bouesque*
*Errantes vlulant, nec dulcia gramina carpunt.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Ipse tuam mortem flauus defleuit Apollo*
*Ante diem sublate Bion, te lumine cassum*
*Et Satyri lugent, & nigra in veste Priapi,*
*Longaque capripedes ducunt suspiria Panes,*
*Per siluas etiam lugent te Naiades vdæ,*
*Omnis & in lacrymas conuersa est vnda profusas:*
*Ipsa vagans tacitis petrosa per auia lustris*
*Mœsta dolet, quoniam tibi non respondeat, Echo,*
*Quòd sileat, quòd non imitetur labra canentis*
*Amplius, ad cuius mortem sunt protinus omnes*
*Arboribus fructus deiecti, floribus omnis*
*Interijt vigor, ipse ouibus defecerat humor*
*Lactis, & aluea non aliquo iam melle fluebant,*
*Sed cera moriebantur lugubre sub ipsa,*
*Extincto nec melle tuo diuine poeta,*
*Promere mel aliud nobis vel habere necesse est.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*

*Non tantum æquoreis Delphin lugebat in vndis,*
*Nec tantum in scopulis questa est philomela remotis.*
*Nec tantum aërios per montes fleuit hirundo,*
*Nec tantum Alcyone potuit sensisse dolorem*
*Amissum Ceyca suum quo tempore flebat.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Nec verò tantum glaucis in fluctibus olim*
*Cerylus ingemuit, nec tantum in vallibus Euri*
*Memnona deflerunt volucres ad busta volantes,*
*Quantum omnes lugent extincti fata Bionis.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Lusciniæ cantu suaues, atque omnis hirundo.*
*Ille canens olim quos oblectare solebat,*
*Quasque loqui docuit densa sub fronde sedentes*
*Mutua flebilibus diffundunt carmina linguis,*
*Et quibus ipsæ olim recinebant sæpe columbæ*
*Tristia lugubri recinunt sua murmura cantu:*
*Nos quoque triste leui modulamur carmen auena.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Quis nunc, quis calamosque leues syringaque dulcem*
*Inflabit, ter & amplius ô adamate poeta?*
*Ore quis audebit tales contingere cannas?*
*Namque tuum spirant & adhuc os, guttura, flatum,*
*Ipsa tuis densa sub arundine vocibus Echo*
*Pascitur, & cupidis mandit tua carmina labris.*
*Quæ nunc ipsa fero Pani, qui forsan & ipse*
*Carminibus certare tuis vereatur & ori,*
*Ne tecum cantando ferat fortasse secundas.*
*Nunc etiam, quo te quondam oblectare solebas,*
*Spectantem fluctus, in litoribusque sedentem*
*Flet Galatea melos: nec enim tu qualia Cyclops*
*(Hunc fugiebat enim) cantabas carmina, sed te*
*Adspiciens formosa choros Galatea mouebat,*

*Nunc oblita maris deserta in littore vaccas*
*Pascit adhuc, quas tu quondam seruare solebas.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Omnia Musarum demortua munera pastor*
*Sunt tecum, periere tenerrima basia tecum*
*Cuncta puellarum latam per Dorides oram.*
*Impia nunc mæsti tua fata queruntur amores*
*Ante sepulcralem tumulum: te Cypris amauit*
*Plus quàm quæ charo dedit oscula nuper Adonidi,*
*Illo quo iuuenem morientem contigit ore.*
*Hic tibi nunc fluuiorum ô vocalissime mæror,*
*Hic alter dolor ille tuos depascitur artus.*
*Interijt siquidem quondam diuinus Homerus,*
*Ipsius hoc os Calliopes tam dulce sonansque,*
*Quem tu flebilibus lacrymis & voce sequutus,*
*Impia tam dulcis deploras funera nati,*
*Litora, & indigno implesti maria omnia planctu.*
*Filius en alter tibi nunc defletur, & ægro*
*Illius ob mortem consumeris ossa dolore.*
*Musarum siquidem biberant de fontibus ambo:*
*Pegasidum latices de fontibus ille bibebat:*
*Sicelis huic cupidas fauces Arethusa rigabat.*
*Ille malum cecinit Troiæ fatale Lacænam,*
*Et magnum Thetidis lacrymosa ad Pergama natum,*
*Et cum forti Agamennone flauicomum Menelaum:*
*Hic verò non bella, aut tristia facta canebat,*
*Syluestrem sed Pana, boues in pascua ducens,*
*Oblectabat amœno carmine, pauit & ipsos,*
*Componens tenui dulces syringas auena:*
*Formosis docuit dare basia grata puellis,*
*Inque sinu Venerem & dulces nutribat amores.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Omnes præclaris orbatæ ciuibus vrbes*

*Illustres*

*Illustres fleuere suos seu numina ciues.*
*Te luget breuis ipsa suo plus Ascra poeta,*
*Carmina nec tantum Bœotidos aurea siluæ*
*Pindaricæ fleuere lyræ, quantum tua lugent:*
*Alcæo plus ipsa suo te Lesbos ademtum*
*Luget, & ipsa suo plus Ceia mœnia vate,*
*Te plus Archilocho Paros ingemit, inclyta Sapphus*
*Carminibus positis tua cantat adhuc Mitylene:*
*Carminibus quicunque valent & voce poetæ*
*Deplorant tua fata Bion, te funere mersum*
*Sicelides, decus ille Sami deplorat, at inter*
*Consueuit quibus ille prius ridere Cydonas*
*Luminibus lacrymas Lycidas nunc fundit inanes,*
*Triopidum verò te deflet in vrbe Philetas,*
*Testaturque suos lugens ad Alenta dolores.*
*Ipse Syracusiæ tua fata Theocritus vrbi*
*Conqueritur monstratque: sed hæc ego mœsta doloris*
*Ausonici fero officio tibi carmina soluo,*
*Qui non hospes in hæc pastoria carmina veni,*
*Sed quæ discipulus didici tuus, atque Camœnas*
*Adfero ceu proprias Siculæ per Doridos oram:*
*Diuitias alijs, mihi carmina sola relinquens.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Heu mihi quòd maluæ virides & adhuc redolentes,*
*Atque apium viride, & quod totum floret anethum*
*Sæpe reuiuiscunt, & in annum deinde reuerso*
*Sole renascuntur: nos magni, nosque potentes,*
*Quum semel occidimus, quum primùm fata subimus,*
*Condimur in terram, atque intra caua busta reclusi*
*Perpetuo durum dormimus tempore somnum.*
*Et tua clare Bion nunc molliter ossa quiescunt,*
*Perpetuoque tacens, terra sepeliris in alta.*
*Batrachon at nymphis placuit superesse poetam,*

*Et semper*

*Et semper cantare aliquid: quod scilicet illi*
*Haud quaquam inuideo: nam pessima carmina cantat.*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Noxia crudeli tibi sunt data pharmaca dextra*
*Clare Bion, certè tu dira venena bibisti.*
*Quis tamen accessit quem non tua labra sonoro*
*Mouerunt cantu? quis tam ferus ille? quis autem*
*Tam crudelis erat, qui vel tibi miscuit? aut qui*
*Mista dari iussit tibi pharmaca? nec sit captus*
*Carminibus, miraque tui dulcedine cantus?*
*Dicite Sicelides lugentes, dicite Musæ.*
*Iustitiam sed nemo potest euadere quisquam.*
*Verùm ego nunc luctu afficior te propter acerbo,*
*Et lacrymas fundo: quòd si descendere possem*
*Viuus ad inferni Phlegetontia tartara Ditis,*
*Sicut & Ismarius cithara venerabilis Orpheus*
*Et Laërtiades Troiæ populator Vlysses:*
*Sicut & Alcides quondam descendit, & ipse*
*Fortè domum peterem Plutonis & alta silentum*
*Limina, vt inspicerem nunquid pallentibus vmbris,*
*Et magno caneres & qualia carmina Diti*
*Audirem: sed tu dominæ noua carmina Ditis*
*Bucolicum Siculumque melos cane, quod iuuet illam:*
*Illa quidem Siculis etiam consueuerat olim*
*Ludere litoribus, patriæque in vallibus Aetnæ*
*Dorica virginea modulari carmina lingua.*
*Non sine honore canes, non præmia nulla dabuntur:*
*Vt blandis citharæ modulanti cantibus Orphei*
*Reddidit Eurydicen, sic te quoque fortè remittet*
*Montibus bis diuine Bion, quòd si mihi Musæ*
*Sint faciles, nihil addubitem quin protinus ipsam*
*Accedam, & blando Plutonem carmine tentem.*

EIVSDEM, INTERP.
Henr. Stephano.

*Quum mare tranquillum tenui perstringitur aura,*
*Tunc animus gestit, nec, vt antè, tenetur amore*
*Musæ, sed placidi rapit hunc pellacia ponti.*
*At simul iratum turgentibus æstuat vndis,*
*Insanúmque fremens, spumis canescere cœpit,*
*Tum verò fugiens, terram respecto: nihilque*
*Tellure est fida, nemorísque optatius vmbra,*
*Pinus vbi ad flantes argutum sibilat austros.*
*Piscator miser heu, domus est cui concaua puppis,*
*Cui labor in pelago, fallax venatio, pisces.*
*At mihi sit platani requiescere dulce sub vmbra,*
*Et fontis lenem vicini audire susurrum,*
*Qui strepitu oblectat, non autem exterret agrestem.*

EIVSDEM, INTERP.
Henr. Stephano.

*Pan vicinæ Echûs, Satyri saltantis at Echo,*
*Lydæ autem Satyrus magno flagrabat amore.*
*Quantum Echo Panem, tantum Satyriscus & illam*
*Vrebat, tantum & Lyda vrebat Satyriscum.*
*Sic flammas illis amor alternabat easdem.*
*Nanque suum exosus quantum quisque esset amantem,*
*Tanto erat ijs odio quibus ipse volebat amari.*
*His doceo exemplis te quisquis amare recusas,*
*Si quis amet, redames: vt amans, redamere vicissim.*

EIVSDEM, INTERPR.
Henr. Stephano.

*Hespere, purpureæ pulcherrima flamma Cytheres,*
*Hespere, noster amor, nigræ decus Hespere noctis,*
*Qui tantum Lunæ, quantum tibi sidera, cedis:*

Salue,

*Salue, & pastorem dum cantibus ipse iocosis*
*Vado salutatum, Lunæ vice suggere lumen.*
*Nanque hodie nascens, subito occidit. haud ego furta*
*Cogito: nec damna à me sentiet vlla viator.*
*Verùm amo: tu in partem venias mei oportet amoris.*

## EIVSDEM, INTERP. Henr. Stephano.

*Alpheus Pisam linquens, curréns que per æquor,*
*Recta Arethusan adit, secum voluens oleastri*
*Fertilem aquam, & portans illi sua munera, sacrum*
*Puluerem, & innumeros flores, ramósque virentes.*
*Atque profunda petit, & subterlabitur imos*
*Fluctus, ac nunquam limphæ se limpha remiscet.*
*Sed neque præteriens sentitur ab æquore flumen.*
*Imperiose puer, malesuade & sæue magister,*
*Nare doces etiam fluuios in amore Cupido.*

## BIONIS.

### ADONIDIS EPITAPHIVM, INTERP. Eobano Hesso.

*Lamentamur Adonin, obit formosus Adonis,*
*Pulcher Adonis obit; teneri allacrymãtur amores.*
*Iam non purpureis Venus amplius aurea pallis*
*Indormi, quin surge stola circundata nigra*
*O misera, & grauibus tua pectora plange lacertis,*
*Et dic omnibus, interijt formosus Adonis.*
*Flemus Adonin, Acidalij ploretis amores.*
*Saucius albo dente iacet formosus Adonis,*
*Dente femur percussus apri, Veneremque dolore*
*Afficit exspirans paullatim, cuius ab albo*
*Corpore destillat sanguis niger, ipsa sub altis*
*Bina superciliјs flaccescunt lumina, & oris*

*Purpurei rosa dulcis abit, simul oscula secum*
*Illa rapit moriens, quæ tempore non tamen vllo*
*Deseret alma Venus: siquidemque & lumine cassi*
*Oscula sumta placent Veneri: sed nescit Adonis*
*Vltima quis dederit morientibus oscula labris.*
*Flemus Adonin, flentibus allacrymantur amores.*
*Lugubre lugubre vulnus habet percussus Adonis*
*In femore, at multò grauius sub pectore Cypris*
*Vulnus habet: nam turba canum fidissima circum*
*Adsistens puerum lugent: hæc funera Nymphæ*
*Lamentantur Oreades: ipsa soluta capillos*
*Et sine sandalijs, incinctaque corpus honestum,*
*Et luctu confusa Venus, per saxa, per altos*
*Fertur iniquarum syluarum culmina montes.*
*Corpore quam nudo per deuia lustra vagantem*
*Hirsutique rubi lacerant sentesque molesti,*
*Et sacer exprimitur laniato e corpore sanguis.*
*Illa querens alta per valles voce profundas*
*Fertur, & Assyrium clamat sine fine maritum,*
*Et puerum sibi dilectum, cui sanguine nigro*
*Iam quoque molliculi fœdantur tubera ventris,*
*Pectoraque effuso contacta cruore rubescunt*
*De femore, & niueæ quondam sub pectore mammæ*
*Purpurea iam tabæ rubent sanieque cruenta.*
*Eheu heu Venerem, teneri allacrymantur amores.*
*Formosum illa virum primis amisit in annis,*
*Cumque viro formam diuinam perdidit: ipsi*
*Namqne decens Veneri, donec superesset Adonis,*
*Forma fuit, cum quo vitali munere functo.*
*Forma simul Veneris ceu vitæ munere functa est.*
*Heu heu imgeminant lacrymoso murmure montes*
*Arboreæque trabes, & siluis insonat heu heu.*
*Plorant & fluuij Veneris graue vuulnus Adonim,*

*Alba*

*Alba prius florum capita icta dolore rubescunt:*
*Per colles Venus ipsa omnes, per rura, per vrbes*
*Conqueritur, carménque canit miserabile questu.*
*Eheu heu Venerem perijt formosus Adonis.*
*Ipsa Echo resonat, perijt formosus Adonis.*
*Quis magnum Veneris non deplorauit amorem?*
*Vt vidit durum, vt cognouit Adonidis vlcus,*
*Vt femur aspexit rubicundo sanguine fœdum,*
*Molliculas proiecta manus: mane, inquit, Adoni,*
*Vt loquar extremum, & complectar, & oscula sumam:*
*Surge parum mi dulcis Adoni, atque oscula sume hæc,*
*Vltima tuque dato: sed quantum viuida possunt*
*Oscula perdurare, anima dum prorsus ab ipsa*
*Per mea labra means, iecorísque sub intima nostri*
*Spiritus ille tui dulcissimus influit oris,*
*Ipsa ego dulce tuo mulgebo ex corpore philtrum,*
*E totóque bibam mansurum pectore amorem:*
*Suauiolum tamen hoc in Adonin dulce reponam,*
*Quandoquidem tu me fugis, & me linquis Adoni,*
*Et longum fugis infelix Acheronta sub atrum,*
*Crudelémque petis regem Plutona: sed ipsa*
*In vita hac inuita moror, dea nempe, velimque*
*Præpetibus tua posse sequi vestigia plantis.*
*Accipe nunc inferna meum Proserpina Adonin,*
*Me siquidem es melior: te nanque tuumque maritum*
*Omnia pulchra petunt, ad vos pulchra omnia tendunt,*
*Et nimis infelix ego sum, quia tristor, & ipsum*
*Quod doleo nulla sanabile vulnus ab arte est.*
*Et ploro extinctum qui me oblectabat Adonin,*
*Teque simul metuo: verùm optatissime rerum*
*Tu moreris, mihi dulcis amor ceu somnia vana*
*Effugit, in vacuo iaceo vidua ipsa cubili,*
*Cunctaq; iam vacui per tecta vagantur amores,*

*Et simul ipse tibi mea maxima munera cestus*
*Deperijt: quid enim puer audacissime fortes*
*Exagitare feras, quum formosissimus esses,*
*Tam libuit? num tanta tuam vesania mentem*
*Cepit, vt vsque adeò velles luctator haberi?*
*Sic est questa Venus, sic allacrymantur amores.*
*Eheu heu Venerem perijt formosus Adonis.*
*Tantum diua putres lacrymarum fundit in herbas,*
*Quantum Myrrhigeno de corpore sanguinis exit.*
*Quæ simul ad terram pulchri labentia flores*
*Fiunt: nanque rosam sanguis parit ipse rubentem,*
*De lacryma Veneris procera papauera surgunt.*
*Lamentamur Adonin, obit formosus Adonis.*
*Desere iam siluas, iam desine flere maritum*
*Diua tuum, iam lectus habet bene stratus Adonin,*
*Illum lectus habet Cypri iam tuus, ille peremtus*
*Est etiam formosus, adhuc ceu dormiat ille.*
*Mortuus est formosus Adonis, age accipe, & illum*
*Mollibus impositum facito requiescere stratis:*
*Qualibus ille cubans tecum tot noctibus olim*
*Carpebat dulces somnos, quum lectulus aurum*
*Totus erat qui vos capiebat: nunc tamen ipsum*
*Tristis adhuc tristem suspira mater Adonin*
*Alma Venus: iam pone suis in floribus ipsum,*
*Cumque ipso omnia florigeris impone coronis:*
*Namque ipso moriente vigorque & gratia florum*
*Marcuit, & posita defloruit omnis in herba,*
*Nunc asperge oleo, preciosis vnge venenis.*
*Ah pereant nunc vnguenta omnia, quando vnguentum*
*Dulcis Adoni tuum perijt: nunc ipse recumbit*
*Vestibus infectis ostro formosus Adonis,*
*Circunstant teneri, & multum lacrymantur amores,*
*Flauicomos pulchro detonsi a vertice crines,*

 Ille

*Ille manu teretes tractat mœrente sagittas,*
*Hic arcum tenet, exermem trahit ille pharetram,*
*Alter parua pedum tibi vincula soluit Adoni,*
*Alter aquam properat fudisse lebetibus aureis,*
*Ille femur lauat, hic a tergo concutit alas,*
*Vt iuuenem releuet motaque refrigeret aura,*
*Ipsi omnes lugent Veneris graue vulnus amores.*
*Lampadas extinxit cunctas Hymenæus in ipso*
*Limine, & excussit genialem a fronte coronam.*
*Dulce melos quondam non amplius insonat Hymen,*
*Amplius haud hymen canitur, placet hoc magis, heu, heu,*
*Eheu heu & Adonin, & amplius heu Hymenæum.*
*Lugent & niueæ Charites Cynareïde natum:*
*Interijt formosus Adonis, id alternantes*
*Alta voce canunt, & te Venus alma querendo*
*Exuperant: lugent etiam fatalia Parcæ*
*Numina Adonidis, & cantu lacrymantur Adonin,*
*Quas, & si cupiat, Stygia non audit ab vmbra:*
*Namque ipsum duro cohibet Proserpina vinclo.*
*Desine mœsta Venus, nimios iam desine luctus,*
*Pone modum lacrymis hodie: nam flere necesse est,*
*Sæpius atque alium lacrymabere rursus in annum.*

## *EIVSDEM BIONIS, INTERP. Henr. Stephano.*

*Auceps fortè puer dum venaretur opaca*
*In silua volucres, infelix omen, Amorem*
*Fronde super buxi cernit pallente sedentem.*
*Tunc ille exultans, magna velut alite visa,*
*Continuò viscum calamosque recolligit omnes,*
*Atque dolos varios volitanti tendit Amori.*

*Ad vetulum, abiectis calamis, accedit arantem,*
*Vsus ea fuerat quo nuper in arte magistro:*
*Ordine rem narrat, super arbore monstrat Amorem.*
*Ille caput quassans, ridetque & talibus infit:*
*Parce puer prædæ huic, procul hac absiste volucri.*
*Pestiferum est animal. tu térque quatérque beatus,*
*Dum non hoc capies. verùm siquando viriles*
*Attigeris annos, qui nunc huc, nunc volat illuc,*
*Te fugitans, aderit tunc improuisus, eúmque*
*Impositis cernes pedibus tibi colla prementem.*

## *EIVSDEM, INTERP.*
### *Henr. Stephano.*

*Alma mihi in somnis visa est Cytherea, tenellum*
*Deducens manibus formosis nuper Amorem,*
*Fixum in terram oculos: his est affatáque verbis:*
*Care bubulce, precor, modulari carmina noster*
*Ex te discat Amor. nec plura locuta, recessit.*
*Tunc pastorali quidquid meditabar auena,*
*Demens, vt cupidum dicendi, illum omne docebam.*
*Panis obliqua vt sit, sit tibia recta Mineruæ,*
*Mercurij chelys inuentum: citharæ auctor Apollo.*
*Hæc illum doceo: sed negligit ille magistrum.*
*Et contrà ipse suos ignes argutat, amores*
*Méque deûm docet atque hominum, maternáque furta.*
*Sic mihi sunt oblita illum quæcunque docebam,*
*De tenero didici quodcunque docebat Amore.*

## *EIVSDEM, INTERP.*
### *Henr. Stephano.*

*Aut sæuum metuunt, aut amplexantur Amorem*
*Ex animo, illiúsque legunt vestigia Musæ.*
*Nam quicunque canit, dulcis contemtor Amoris,*

*Illum auersantur, dedignantúrque docere.*
*Sin quis Amore animum perculsus, mollia cantet,*
*Vno concurrunt ad eum tunc agmine cunctæ.*
*Omnibus hæc nostro exemplo testata relinquam.*
*Namque ego si quem aliũ celebrare hominúmue deúmve*
*Aggrediar, tunc blæsa mihi fit lingua repentè,*
*Nec iam succurrũt mihi verba assueta, modíque:*
*De Lycida sin quid nos rursum & amore canamus,*
*Tunc verò e nostro vox dulcis profluit ore.*

## EIVSDEM, INTERP. Henr. Steph.

*Si quid habent nostri pulchrum & laudabile versus,*
*Nempe vel hi soli parient mihi laudis abundè,*
*Quos mihi tempus ad hoc video dictasse Camœnam.*
*Sin minimè placeant, quid me amplius hisce fatigem?*
*Bina etenim humano generi si tempora vitæ*
*Iupiter ipse, aut sors largita volubilis esset,*
*Hæc in delicijs peragenda, laboribus illa:*
*Quisque fatigatus, pòst carpere dulcia posset.*
*At quum vitæ vnum superi dent tempus, & illud*
*Præcipuè ipsi homini spatijs breuioribus arctent,*
*Quem tandem miseri volumus nostro esse labori*
*Ærumnísque modum? vel quo mentem vsque iuuabit*
*Artibus & lucris vexare subinde repertis,*
*Dum nos vrget opum núnquam satiata cupido?*
*Proh sumus obliti, nos conditione creatos*
*Mortali, nostræque fugacia tempora vitæ.*

## EIVSDEM FRAGMENTVM, interp. Adolpho Mekercho Brugensi.

*At progressus iter, decliuia in hæc loca veni,*
*Hic vbi arenoso cantillo in litore, duram*

*Obtestans Galateam: sed me dulcis alit spes,*
*Quæ neque supremam me deseret vsque senectam.*

## PHANOCLIS ELEGIA.
### intrep. Adolpho Mekercho.

*Orpheus Oeagro Rhodopeo natus, amore*
*Deperit ardenti dum Calaïm Boreæ,*
*Sæpe suum vmbriferis solitiis modularier ignem*
*In siluis, animo non requietus erat.*
*Ast ipsum semper vigiles in pectore curæ*
*Angebant, tenerum respicit vt Calaïm.*
*Bistonides circùm molitæ dira, machæras*
*Exacuunt longas, Orpheáque interimunt,*
*In transferre mares quòd amorem Thracibus auctor*
*Esset, & odisset femineam Venerem.*
*Obtruncantque caput: quod cum testudine curua*
*Threïcij in pelagi salsa fluenta ruunt.*
*Nam compacta simul clauis fixere, ligata*
*Cæruleïs ambo quò veherentur aquis.*
*Pontus at hæc sacram Lesbum detrusit, & ipsa*
*Vnda, lyræ querulos est imitata modos.*
*Audijt hot litus, circùm omnis & insula: at Orphei*
*Dulcisonum condunt hic caput indigenæ.*
*Argutámque chelyn tumulo simul impofuere,*
*Quæ Styga, quæ poterat saxa mouere sono.*
*Ex illo suaues cantus citharæque canoræ*
*Lesbon habent: Musis dedita nulla magis.*
*Vt verò vxorum norunt crudelia Thraces*
*Facta, dolor cunctos iráque iusta capit:*
*Punxeruntque illas, vt corpore signa gerentes*
*Liuida, non cædis non meminisse queant.*
*Quin & adhuc hodie pro tam furialibus ausis*
*Infligunt membris stigmata femineis.*

PRO-

## PROPERTII ELEGIA EX LIBRO II.

*Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem,*
*Nónne putas miras hunc habuisse manus?*
*Hic primùm vidit, sine sensu viuere amantes,*
*Et leuibus curis magna perire bona.*
*Idem non frustra ventosas addidit alas,*
*Fecit & humano corde volare deum.*
*Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,*
*Nostráque non vllis permanet aura locis.*
*Et meritò hamatis manus est armata sagittis,*
*Et pharetra ex humero Cnossia vtroque iacet,*
*Antè ferit quoniam, tuti quàm cernimus hostem,*
*Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.*
*In me tela manent, manet & puerilis imago,*
*Sed certè pennas perdidit ille suas.*
*Euolat e nostro quoniam de pectore nusquam,*
*Assiduúsque meo sanguine bella gerit.*
*Quid tibi iucundum siccis habitare medullis?*
*Si puer es, aliò trayce tela tua.*
*Intactos isto satius tentare veneno.*
*Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea.*
*Quam si perdideris, quis erit qui talia cantet?*
*Hæc mea Musa leuis, gloria magna tua est.*
*Quæ caput & digitos & lumina nigra puellæ,*
*Et canit vt soleant molliter ire pedes.*

ΠΡΟΠΕΡΤΙΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΡΩμαίου ἐλεγεία εἰς τὴν ἑλλάδα διάλεκτον μετενεχθεῖσα Ἐρρίκῳ Στεφάνῳ.

Ος ποτε νηπιάχον πρῶτος τὸν ἔρωτα χάραξεν,
Τὸν δή οὐ σχεῖν δοκέεις δαιμονίους παλάμας;
Οὗτος ἴδε πρῶτον κενεόφρονας ἔμμεν' ἐραστὰς,
καὶ μελεδῶσι κεναῖς πήματα πολλὰ παθεῖν.
Εἶτα δὲ οὐκ ἀλόγως ἀνεμώκεά οἱ πτερὰ τεῦξεν,
ὡς βροτέῃσι πέτεσθ' ἐν κραδίῃσι θεόν.
Κῦμα γὰρ ἄμμε φέρει παραμοιβαδὸν ἄλλοτε ἄλλο,
οὐδέ πῃ ἡμετέρῃ ἐμπεδος αὔρα μένει.
Οὐδ' ἄρα χεὶρ εἰκῆ γαμψοῖς βελέεσσι κορύσσεται,
ἐκ δὲ ὤμων φαρέτρη Κνωσσίη ἐκκρέμαται.
ἡμᾶς γὰρ βάλλει πρὶν ἐν ἀσφαλεῖ ἐχθρὸς ὁρᾶσθαι,
οὐδὲ ἄκεσις τούτου τραύματος οὐδεμίη.
ἐν μὲν ἐμοί τά τε κῆλα καὶ ἡ παιδὸς μένει εἰκὼν,
τὰς πτέρυγας δὲ ἐν ἐμοὶ ὤλεσεν αὐτὸς ἑάς.
οὐ γὰρ ἀποπτάμενός ποτ' ἐμῆς φρενὸς, οἴχεται ἄλλη,
ἀλλ' ἐν ἐμῷ μάχεται αἵματι νωλεμέως.
τίπτε τόσον χαίρεις ξηρῷ ἐνὶ μυελῷ οἰκῶν;
εἰ παῖς εἶ, βάλλῃς ἄλλοσε κῆλα τὰ σά.
φάρμακα τοῖα τρέπειν ἐπ' ἀχρεῖ λῷον εἴη.
οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἀδρανὴς δαίρεται ἡ σκί' ἐμή.
κἂν ταύτην ἀπολῇς, τίς ἔτ' ἔσσεται ὅς τάδ' ἀείσῃ;
μοῦσά γ' ἐμὴ μικρὴ, σοὶ κλέος ἐστὶ μέγα.
ἣ κάρα, κυανέους τ' ὦπας, καὶ δάκτυλα κούρης
ᾄδει, χ' ὡς φιλέει βαινέμεν ἁβρὰ ποσίν.

Si puer es, aliò traijce tela tua. Alij legunt, Si pudor est. Mihi magis placet, Si puer es: vt inconstantiam puerilem notet. Si tamen alicui altera lectio magis probatur, ita legat Græcum versum, εἴτις ἔτ' αἰδὼς σοι, βάλλε καὶ εἰς ἑτέρους. Hoc est, Si quis adhuc pudor tibi est, feri etiam alios.

ΤΕΛΟΣ.

## PROPERTII ELEGIA VT AB Henrico Stephano Græcè expreſſa eſt, ad verbum reddita.

*Quicunque puerum primus Amorem ſculpſit,*
*Nónne putas hunc habuiſſe mirabiles palmas?*
*Hic vidit primùm mente vacuos eſſe amantes,*
*Et curis vanis calamitates multas pati.*
*Deinde non temerè ventoſas illi alas fecit,*
*Vt humana volet in corda deus.*
*Vnda enim nos fert alternatim huc & illuc,*
*Nec alicubi conſtanter aura noſtra manet.*
*Neque manus fruſtra aduncis vnguibus armata eſt.*
*Ex humeris pharetra Cnoßia ſuſpenditur.*
*Nos enim ferit prius quàm in tuto hoſtis videtur,*
*Nec remedium aliquod eſt huic vulneri.*
*In me tela & pueri manet imago,*
*Alas verò in me perdidit ille ſuas.*
*Nunquam enim auolans ex meo pectore, abit aliò,*
*Sed in meo præliatur ſanguine aßiduè.*
*Cur adeò delectaris ſicca in medulla habitare?*
*Si puer es, iacias aliò tela hæc tua.*
*Venena iſta vertere in illæſum ſatius eſſet,*
*Non ego, ſed imbecillis flagellatur vmbra mea.*
*Et ſi eã perdideris, quis adhuc erit qui huiuſmodi cantet?*
*Muſa mea parua tibi gloria eſt magna.*
*Quæ caput, nigróſque oculos, & digitos puellæ*
*Canit, & vt ſoleat incedere molliter pedibus.*



### ERRATA.

| Pag. | Verſ. | leg. |
|---|---|---|
| 36. | 1. | τοσοῦτον |
| 37. | 10. | tenet mortuus Adonis. |

AVREA

HVBERTAS



SAECVLI.

BRVGIS FLANDROR.

EX OFFICINA HVBERTI GOLTZIJ, ANNO M. D. LXV.

MENSE MARTIO.